AUTHOR:

BALSER, HERMANN

TITLE:

DE LINGUAE GRAECAE PARTICIPIO IN NEUTRO...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1878

Master Negative #

92-80596-10

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Balser, Hermann, 1855-
De linguae Graecae participio in neutro genere substantive posito. Dissertatio...quam...scripsit Hermannus Balser... Lipsiae, 1878.
49 p. $21\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Leipzig.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 05-27-92 INITIALS Emc
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM


Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

LINGUAE GRAECAE PARTICIPIO IN NEUTRO GENERE SUBSTANTIVE POSITO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS BALSER

DARMSTADINUS.

LIPSIAE

MDCCCLXXVIII.

PRAEMONENDA.

Per omnia linguae graecae tempora hic usus valebat, ut praeter ea substantiva, quae ex antiquissimis temporibus suscepta sunt, nova formarentur ex adjectivis ab initio non substantive usurpatis, nullo accedente suffixo. Quemadmodum in prima substantivorum formatione una eligebatur nota rei alicuius propria, per quam res ipsa appellaretur (cf. *ἄστυ*, *die Bewohnte, das Anwesen; πόλις*, *die Wimmelnde*) sic nova illa substantiva notionem aliquam per unam notam significant. Cum autem in substantivis per suffixum formatis vera vis mox oblivione obrueretur, quia idem vocabulum semper ad eandem rem significandam usurpabatur, nova illa substantiva, quippe quae ab adjectivis, participiis etc. non distinguerentur praeter novam quam acceperant potestatem, semper retinebant significationem adjectivorum vel participiorum, e quibus orta erant. Quare idem substantivum ad diversas notiones, quarum una illa nota per substantivum significata propria est, indicandas usu venire potest.

Huius igitur usus genera cum plura sint, quam quae una commentatione tractari possint, sumpsi mihi usum participiorum in neutro genere substantive positorum, de quo disputarem.

Cui cum usus adjectivorum substantive positorum maxime cognatus sit, fortasse praestare videbitur utrumque eadem commentatione comprehendi. Tamen multa exstant discrimina, eaque satis gravia, quae, ut haec duo genera separemus, postulant. Nam omnia, quae participio cum verbo communia sunt, valent etiam in substantivis e participio formatis, quin etiam saepe participium substantive positum prorsus infinitivi substantive positi analogiam sequi videtur (ut Thuc. 5,9,6: *καὶ τοῖ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος, ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται, τὴν διάνοιαν ἔχουσιν*). Habent etiam substantiva e participio formata cum verbo communem tem-

porum et generum verbi significationem, quae efficit, ut saepe rectionem verbi retineant, semperque actionem aliquam vel statum aliquem, qui menti loquentis obversetur, significent, non ipsam actionis alicuius vel status notionem.

Quare semper cogitatione supplenda est substantia aliqua agens aut patiens, per genus participii indicata. Indicatur autem illa res agens magis minusve accurate: accuratius per genus masculinum aut femininum, quae plerumque indicant personam aliquam esse agentem, — minus accurate per neutrum, quo prorsus in incerto relinquitur, quid illam actionem efficiat.

Differunt substantiva e participiis orta eo, quod solum per genus infertur notio substantiae agentis, a talibus vocibus, quales sunt *ἡ ὑστεραία*, *ἡ εἱμαρμένη*, *τὸ εὐώνυμον*, quae speciem tantnm veri substantivi praebent. In his enim semper cogitatione supplendum est substantivum aliquod, (*ἡ ὑστεραία ἡμέρα*, *τὸ εὐώνυμον κέρας*,) quocum vox illa speciem substantivi praebens in genere congruere debet. Contra vera substantiva e participio formata possunt in neutro genere omnes notiones in se recipere, quibus actio verbi in participio substantive positi propria est.

Duplici autem ratione nobis dicendum est de via, quam hic usus ceperit. Agendum est enim et de **forma** horum substantivorum et de **significatione.** Forma triplex est. **Primum** enim genus continebit substantiva — excepto articulo — sine ulla definitione posita, ut *τὰ παρόντα*, *τὰ μέλλοντα*; **secundum** substantiva cum definitionibus verbi naturae accommodatis conjuncta, ut *τὰ μὴ πρέποντα*, *τὰ νῦν λεγόμενα*, *τὰ κείνῳ ξυμφέροντα.* Usurpantur in hoc ordine hae definitiones: negationis particulae; adverbia; particula *ἄν*; substantiva vel pronomina rectionem verbi retinentia; substantiva a praepositionibus pendentia; infinitivus; infinitivus cum accusativo; tota enuntiata.

In **tertio** denique genere ea ponenda sunt substantiva, quae cum definitionibus a verbi natura alienis conjuncta sunt. Duo autem discernendi sunt in hoc genere ordines, unus earum definitionum, quae, quamquam a verbi natura abhorrent, necessario in usum venire debebant, si omnino participia substantive ponebantur. Huc pertinent praeter articulum, de quo aut omisso aut posito hoc loco non dicam, pronomina demonstrativa et adjectiva praedicative posita (e. g. *ἐκ τῶνδε τῶν εἰρημένων*; *πάντα τὰ*

δρώμενα). Alter ordo continet eas definitiones, quae alio modo verbi naturae accommodari poterant. Huc pertinet genetivus a substantivo pendens, ubi verbum alium casum aut praepositionem cum casu aliquo conjunctam postulat, (ut *τὸ τῆς πόλεως ξυμφέρον* pro *τὸ τῇ πόλει ξυμφέρον*,) et pronomen possessivum (e. g. *τὸ ὑμέτερον ξυμφέρον* pro *τὸ ὑμῖν ξυμφέρον*).

Per se intellegitur non mutari horum substantivorum significationem per definitiones accedentes. Sed cum secundum definitionum accedentium naturam eae, de quibus agitur, voces magis minusve recedant a verbali natura et eorum, quae proprie dicuntur, substantivorum naturam assumant, apparet in singulis exemplis recte judicandis summi momenti esse harum definitionum naturam, in primis ibi, ubi facultas eligendi data est inter definitiones prioris et alterius generis. Quare distinguam quidem haec tria genera substantivorum secundum definitionum accedentium naturam, sed in exemplis enumerandis numerorum tantum ratione indicabo, ne, cum alia accedant discrimina multo graviora, nimis contorta et artificiosa generum ordinumve distinctione tota res obscurior fiat.

De forma horum substantivorum satis dictum est; nunc pauca de significatione dicenda sunt, plura in ipsa commentatione explicabimus.

Per se intellegitur, facilius potuisse in usum venire substantiva, quae certas res omnibus notas significarent, et substantiva, quorum numerus cum numero rerum significatarum congrueret (ut *τὰ ὑπάρχοντα*), quam ea, quae aut personas significarent aut collective ponerentur (ut *τὸ ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος*, *τὸ κωλῦσον*).

Quare semper priore loco dicam de substantivis in plurali numero positis, quae per multitudinis significationem semper ad certas res spectant ideoque simpliciorem habent quam substantiva in singulari numero posita usum. Altero loco tractabo substantiva in singulari numero posita, quorum ea semper priore loco enumerabo, quae maxime accedunt ad substantivorum in plurali positorum naturam.

Persequar autem hunc usum per Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Antiphontis, Thucydidis opera.

Sed jam ad singula nos convertamus.

CAP. I. PARTICIPIA PLURALIA.

Possunt haec, cum ad substantiae significationem accedat significatio numeri, solum ad res definitas spectare, non ad notiones infinitas. Significant autem et res et statum aliquem et eventus et actiones et id, quod actione aliqua perficitur, ut facile rursus secundum significationes in varios ordines distribui possint. Sed nulla est eiusmodi divisionis utilitas, quia natura illorum semper eadem est.

Ceterum cum ad substantivorum, quae proprie dicuntur, vim accederet significatio temporum et generum verbi, commodissimum erat hoc genus participiorum ad ea, quae antea narrata erant, breviter, sed accuratius, quam per vera substantiva fieri potuit, in unam notionem comprehendenda, ut scriptores paene necessario ad hunc usum adducerentur.

In enumeratione autem passivum ante activum et medium ponam ac singula cuiusque ordinis exempla secundum litterarum ordinem enumerabo, ea tamen exceptione, ut omnia participia eo loco ponam, quo participium praesentis temporis ponendum est, etiam si substantivum e participio praesentis formatum non exstat.

Sed jam ad singula transeamus.

Aesch. Ag. 1379: ἐπ' ἐξειργασμένοις = Pers. 525.
Cho. 779: πρᾶσσε τἀπεσταλμένα.
Cho. 778: τῶν λελεγμένων.
Cho. 665: ἐν λεχθεῖσιν.
Prom. 683: τὰ πραχθέντα.
Suppl. 918: τἀπολωλότα (ubi Porsonus τἄμ' ὀλ.).
Ag. 1053: τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων.
Frg. 309: μηδὲ τιμᾷ τὰ πρέποντα. (?)

Cho. 774: τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις.
Frg. 284: οὐδ' ἐγκαλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένα.
Pers. 801: ἐς τὰ νῦν πεπραγμένα.
Cho. 803: τῶν πάλαι πεπραγμένων.
Ag. 500: πρὸς εὖ φανεῖσι.
Cho. 823: τὰ δ' εὖ | ἔχοντα conjectura restitutum a Godofredo Hermanno.

Prom. 216: τῶν παρεστώτων τότε.
Sept. 1005: δοκοῦντα καὶ δόξαντ' ἀπαγγέλλειν με χρὴ δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως.
Prom. 44: τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα.
Suppl. 983: τὰ πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐγγενεῖς φίλους.

Pers. 527: ἐπὶ τοῖσδε τοῖς πεπραγμένοις.
Prom. 102: πάντα προὐξεπίσταμαι | σκεθρῶς τὰ μέλλοντα.
Ag. 1372: πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων | τἀναντία.
Cho. 693: ὡς πόλλ' ἐπωπᾷς κἀκποδὼν εὖ κείμενα.

Accedunt igitur apud Aeschylum solum pronomina demonstrativa aut ea adjectiva, quae ad substantivi vim nihil afferunt, sed numerum tantum rerum significatarum indicant.

Sed jam ad **Sophoclis** usum properemus.

Soph. Oed. Col. 1269: τῶν ἡμαρτημένων.
Oed. Col. 1644: τὰ δρώμενα. — El. 85: τῶν δρωμένων.
Oed. Col. 1144: τοῖς δρωμένοις. — Trach. 588.
Aj. 377: ἐπ' ἐξειργασμένοις.
El. 1186: τῶν εἰρημένων. — Ant. 215. — Oed. R. 543. —
Oed. R. 1057: τὰ ῥηθέντα.
Oed. Col. 1147: τῶν κατηπειλημένων.
Ant. 677: τοῖς κοσμουμένοις.
El. 1011: τὰ λελεγμένα.
Oed. Col. 116: τῶν ποιουμένων. — El. 277: τοῖς ποιουμένοις.
Oed. Col. 1115: τὰ πραχθέντα. — ib. 1581. — 1237: τῶν πραχθέντων. — El. 449: τοῖς πεπραγμένοις.
Oed. R. 604: τὰ χρησθέντα.
El. 29: τὰ δόξαντα.
Phil. 1373: λέγεις μὲν εἰκότα, aequa, justa.
Frg. 686: τἀκπεσόντα.
Trach. 1270: τὰ μέλλοντα, in systemate fortasse spurio.
Aj. 1420: τῶν μελλόντων. — Frg. 515. —
Phil. 1358: τῶν παρελθόντων.
El. 215: οὐ γνώμαν ἴσχεις ἐξ οἵων
τὰ παρόντ' οἰκείας εἰς ἄτας
ἐμπίπτεις οὕτως αἰκῶς,

ubi *τὰ παρόντα*, si recte traditus est locus, ad tempus spectat, sicut *ἐν τῷ παρόντι*.

Phil. 970: *τοῖς παροῦσιν*. — El. 333.
Ant. 1334: *τῶν προκειμένων τι*. — Oed. Col. 1512.
Oed. Col. 1217: *τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις* etc.

Frg. 379,9: *κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα*, si quidem vere huc pertinet, quod versu antecedente corrupto in incerto manet.
Phil. 903: *τὰ μὴ προσεικότα*.
Oed. Col. 439: *τῶν πρὶν ἡμαρτημένων*.
Trach. 1127: *τοῖς πρόσθεν ἡμαρτημένοις*.
Trach. 1271: *τὰ δὲ νῦν ἑστῶτ' οἰκτρὰ μὲν ἡμῖν*,
in systemate, quod Dindorfius spurium judicavit.
Oed. Col 1635: *φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί*.
Aj. 292: *ὁ δ' εἶπε πρός με βαί' ἀεὶ δ' ὑμνούμενα*.
Ant. 1160: *καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν ἐφεστώτων βροτοῖς*,
per Blaydesium probabili conjectura restitutum, ubi codices praebent *καθεστώτων*.
El. 618: *μανθάνω δ' ὁθούνεκα*
ἔξωρα πράσσω κοὐκ ἐμοὶ προσεικότα,
quod hoc loco pono, quia *οὐκ* potius ad *πράσσω* pertinet
Oed. Col. 257: *πέρα τῶν πρός σε νῦν εἰρημένων*.
Oed. R. 770: *τά γ' ἐν σοὶ δυσφόρως ἔχοντα*.

Frg. 411: *πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα*.

Apud Sophoclem invenimus praeterea substantiva cum genetivo conjuncta:

El. 1333: *ἢν ἂν ὗμιν ἐν δόμοις*
τὰ δρώμεν' ὑμῶν πρόσθεν ἢ τὰ σώματα,
ubi vide Wnnderi editionem.

Nauckius mutavit *ὑμῶν* in *οἶμαι* propter repetitionem pronominis. Nihil affert illud *ὑμῶν* ad ipsius substantivi vim, sed magis premitur per genetivum personae agentis significatio. Quod certe eadem vi fieri potuit per praep. *ὑπό* cum genetivo. Sed facile videmus, Sophoclem genetivum praetulisse, ut etiam ad *τὰ σώματα* pertineat.

El 1288: *τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων*.

Significat participium *τὰ περισσεύοντα* aliquid, quod substantivo in genetivo posito inhaereat, ut non sine jure quodam hoc *τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων* vertendum esse dicatur, quasi legatur *οἱ περισσεύοντες λόγοι*. Sed non prorsus inest in hac versione ea significatio, quae illo participio cum genetivo conjuncto efficitur. Primaria enim est in illo notio *τὰ περισσεύοντα*, propterea substantive posita, ad quam explicandi causa notio universa in genetivo posita accedit. Contra in versione illa haec notio ipsa est primaria, quae per adjectivum accuratius definitur. Praebet igitur versio conjunctionem, cum poeta ipse utatur divisione. Premitur in illo *τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων* ea nota, quae tum summi momenti est, et efficitur, ut id, quod loquenti gravissimum est, etiam in oratione accurate indicetur.

Prorsus eadem est condicio substantivi *τὰ συμφέροντα τῶν λόγων* Phil. 131.

Haec sunt, quae apud Sophoclem exstant in plurali numero huius usus exempla, ut jam ad **Euripidem** tansire possimus.

Eur. Suppl. 465: *τῶν ἠγωνισμένων*.
Alc. 1161: *τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη* = Andr. 1286.
Bacch. 1390. — Hel. 1690. — Med. 1417.
Iph. Taur. 1295: *τὰ δρώμενα*.
Andr. 808: *ἀντὶ τῶν δεδραμένων*. — Or. 1318.
Herc. Fur. 169: *τῶν δεδραμένων δίκην*. — ib. 734. — 756.
Andr. 919: *τοῖς δεδραμένοις*. — Herc. Fur. 1013. 1160.
Iph. Aul. 324: *τἀγγεγραμμένα*. — Iph. Taur. 763.
Phoen. 1648: *τἀντεταλμένα*.
Med. 1008: *τοῖσιν ἐξηγγελμένοις*.
Or. 1320: *τἀξειργασμένα*. — ib. 461: *τοῖσιν ἐξειργασμένοις*.
Iph. Aul. 921: *τοῖσιν ἐξωγκωμένοις*.
Frg. 1149: *τἀπεσταλμένα*. — [Frg. 1117,17]
Ion. 1281: *τῶν εἰργασμένων*.
Med. 869: *τῶν εἰρημένων*. — El. 348: *τοῖς εἰρημένοις*. — Phoen. 590.
Or. 1023: *τὰ κρανθέντα*.
Frg. 495,6: *τὰ ναυστολούμενα*.
Bacch. 71: *τὰ νομισθέντα*.
Heracl. 667: *τῶν πεπραγμένων*. — ib. 870. — Iph. Taur. 1299. — Frg. 403.
Alc. 88: *κλύει τις .... ἢ γόον ὡς πεπραγμένων*.

Ion. 1388: τὰ πεπρωμένα.
Cycl. 32: τὰ προσταχθέντα.
El. 564: τί τῶν ἀπόντων .. πέρι;
Phoen. 554: ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.
Suppl. 865: τἀρκοῦντ' ἀτίζων.
Heracl. 293: δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων.
Frg. 836,12: θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων.

Praeterea hoc participium apud tragicos substantive non ponitur.

Tro. 610: τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν.
Iph. Aul. 1134: σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις.
Herc. Fur. 1108: οὐδὲν τῶν εἰωθότων.
Hel. 913: κεῖνος δὲ πῶς τὰ ζῶντα τοῖς θανοῦσιν ἀποδοίη
ποτ' ἄν;

quod personas significat in universum. Certe etiam τοῖς θανοῦσι neutrum est.

Herc. Fur. 205: τῶν καθεστώτων πέρι.
Ion. 7: τὰ ... μέλλοντα.
Ion. 7: τά τ' ὄντα καὶ ... Frg. 968,5: τά τ' ὄντα καὶ μή.
El. 564: ἢ τί τῶν ὄντων πέρι;
Bacch. 399: ἐπὶ τούτῳ δέ τις ἂν μεγάλα διώκων
τὰ παρόντ' οὐχὶ φέροι.
Tro. 1201: ἐκ τῶν παρόντων. — Iph. Taur. 471: ἐπὶ τοῖς παροῦσιν.
Frg. 578: τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.
[Rhes. 984: τῶν προκειμένων.]
Frg. 507: τὰ προσπεσόντα.
Frg. 576,2: τὰ συμπίπτοντα.
Med. 127: τὰ δ' ὑπερβάλλοντα.
Frg. 361: τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Tro. 1028: τοῖς πρόσθεν ἡμαρτημένοις.
Iph. Aul. 891: πρὸς τὰ πρὶν γεγραμμένα.
Andr. 814: τὰ πρὶν δεδραμένα,
Med. 64: τὰ πρόσθ' εἰρημένα.
Frg. 266: τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμενα.
Andr. 1068: τἀνθάδ' ὄντα.

Hipp. 718: πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. — Iph. Aul. 1343.
Jon. 1511: πρὸς τὰ τυγχάνοντα νῦν.
Med. 822: τῶν ἐμοὶ δεδογμένων.
Alc. 1108: οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς.
Frg. 94: ἀνδάνοντα δεσπόταις.
Tro. 609: τὰ μηδὲν ὄντα.
Iph. Aul. 505: γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς πρέποντα.
Frg. 424,2: ὁρᾷς τυράννους διὰ μακρῶν ηὐξημένους
ὡς μικρὰ τὰ σφάλλοντα.
El. 1106: τοῖς δεδραμένοις ἐμοί, per me.
El. 787: τάδ' ἐστὶ τἀν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.
Hipp. 244: αἰδούμεθα γὰρ τὰ λελεγμένα μοι.
Hel. 82: σύγγνωθι ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις.
Iph. Aul 1426: τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα, quod Dindorfius ejecit.
Frg. 836,9: τὰ δ' ἐπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς.
Iph Taur. 1313: τὰ δ' ἐν ποσὶ παρόντα, de Iphigeniae fuga.
Frg. 836,9: χωρεῖ δ' ὀπίσω
τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν.
Frg. 609: οὐκ ἔστι τὰ θεῶν ἄδικα, τἀν βροτοῖσι δὲ
κακῶς νοσοῦντα σύγχυσιν πολλὴν ἔχει,

secundum Nauckii conjecturam, ubi codices praebent: ἄδικ' ἐν ἀνθρώποισι δὲ κακοῖς.

Phoen. 1358: ὥστ' οὐχ ἅπαντά σ' εἰδέναι τὰ δρώμενα.
Iph. Aul. 113: πάντα τἀγγεγραμμένα.
Suppl. 909: ἐκ τῶνδε τῶν εἰρημένων.
Iph. Taur. 760: (τἀνόντα) κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς
λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀπαγγεῖλαι φίλοις.
Iph. Taur. 760: τἀνόντα .. πάντα.

Haec sunt, quae apud Euripidem in plurali numero leguntur huius usus exempla; jam **Antiphontis** usum inspiciamus.

Ant. d. chor. 35: τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ ἠδικημένα.
d. chor. 38: τῶν ἡμαρτημένων.
d. nec. Her. 56: τὰ ἀναγνωσθέντα.
d. chor. 33: τῶν ἀποδεδειγμένων.
tetr. 2,4,5: τῶν ἐπικαλουμένων.
d. chor. 33: ἐκ τῶν εἰρημένων.
d. n. H. 85: ἐκ τῶν κατηγορηθέντων.

tetr. 3,4,9: τῶν κατηγορημένων. — d. n. H. 7.

d. chor. 18: τὰ λεγόμενα. — tetr. 2,4,4: πρὸς τὰ λεγόμενα.

d. n. H. 6: τῶν λεγομένων. — tetr. 2,4,2: ἐκ τῶν λεγομένων. — 2,4,9. tetr. 3,4,9.

tetr. 1,3,9: ἐκ τῶν μαρτυρουμένων.

d. chor. 37: τὰ νομιζόμενα.

tetr. 3,3,2: ἡ ἐμπειρία τῶν παρανομουμένων, ubi Reiskius et Dobreus conjecerunt παροινουμένων.

d. chor. 50: τὰ πραχθέντα φανερὰ γεγένηται.

tetr. 2,4,1: τὰ πραχθέντα. — tetr. 2,2,2: τῶν πραχθέντων. — tetr. 2,2,10. — tetr. 2,3,3. — 3,3,1. — 3,3,2. — d. nov. 13. — d. chor. 30: περὶ τῶν πραχθέντων. — tetr. 2,4,3: ἐκ τῶν πραχθέντων. — d. nov. 7: τῶν πεπραγμένων. — d. chor. 35.

tetr. 1,2,12: ἐκ τῶν προειργασμένων.

tetr. 3,1,5: τῶν προειρημένων.

d. n. H. 2: τὰ γενόμενα. — d. n. H. 25. — d. chor. 23. — d. nov. 8.

d. nov. 13: περὶ τῶν γενομένων. — d. n. H. 72: τῶν γεγενημένων.

d. nov. 10: ἡ βάσανος ἀναγκάζοι τὰ γεγονότα κατηγορεῖν, quod satis mirum est, quia Antiphon in oratione de nece Herodis utitur participio τὸ γεγενημένον, quae forma sola Thucydidis est. Neque vero inveni apud alios auctores exemplum utriusque formae pari jure usurpatae.

d. n. H. 77: τῶν δεόντων.

d. n. H. 25: σκοπεῖτε τὰ εἰκότα. — tetr. 1,2,8. — 1,4,10 (?).

tetr. 1,3,9: ἐκ τῶν εἰκότων. — 1,4,8. — 1,4,10.

tetr. 1,1,9: ὑπὸ τῶν εἰκότων. — 1,1,10. — 1,3,8.

frg. 72 (secundum Blassium): τὰ μέλλοντα.

tetr. 1,1,6: τῶν ὄντων. — d. n. H. 6: τῶν ἐσομένων.

frg. 71: τὰ .. παρακείμενα.

frg. 72: τὰ παρῳχημένα.

frg. 71: τὰ παρόντα.

tetr. 2,3,9: πῶς ἂν πρέποντα πάσχοιμεν, εἰ ..

tetr. 2,3,11: τῶν προσηκόντων.

frg. 71: τὰ ὑπάρχοντα.

---

d. nov. 10: εἰ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα.

d. chor. 18: τὰ μὴ γενόμενα.

tetr. 1,2,12: τῶν οὐ προσηκόντων.

tetr. 2,4,2: τὰ ὀρθῶς εἰρημένα.

d. n. H. 50: τὰ τούτοις δοκοῦντα. — ib. 63.

d. n. H. 79: πολλὰ δέ ἐστι τὰ συμβαλλόμενα τοῖς ..

d. n. H. 32: τῶν σφίσιν αὐτοῖς συμφερόντων.

d. n. H. 19: τὰ ἐκ πολλοῦ .. ἐπιβεβουλευμένα.

d. n. H. 19: τὰ ἐκ πολλοῦ κατεψευσμένα.

tetr. 1,4,1: τῶν ἐξ ἐμοῦ πραχθέντων.

d. n. H. 74: τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων.

d. n. H. 51: τὰ ἐξ ἴσου γενόμενα.

d. n. H. 10: τῶν ἐν τῷ νόμῳ κειμένων.

tetr. 1,1,9: τὰ μὲν βιασάμενα ταῦτά ἐστιν ἀσεβῆσαι αὐτόν.

d. n. H. 14: τὰ μὴ καλῶς ἔχοντα. — d. chor. 2.

---

tetr. 1,4,10: πάντων τῶν κατηγορηθέντων ἀπίστων ἐλεγχθέντων.

d. chor. 19: τὰ πραχθέντα φανερῶς ἅπαντα πραχθῆναι.

d. chor. 22: τὰ πραχθέντα ... πάντα ἠπίστατο.

tetr. 2,2,12: τὴν ... εὐσέβειαν τούτων τῶν πραχθέντων.

d. chor. 8: τὰ γενόμενα πάντα. — ib. 22.

d. n. H. 6: ἅπαντα ... τὰ ἐν ἀδήλῳ ἔτ᾽ ὄντα.

tetr. 2,1,1: τὰ ὁμολογούμενα τῶν πραγμάτων, cui oppositum est: ἐὰν δ᾽ ἔτι ἀμφισβητήσιμον ᾖ κτλ. Simile est hoc substantivum eis, quibus Sophocles usus est, substantivis: τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων, aliis.

Apud **Thucydidem** constat hunc usum esse frequentissimum.

Thuc. 4,27,4: τὰ ἀγγελλόμενα. — 8,97,1: ἐπὶ ... τοῖς ἠγγελμένοις.

7,14,2: τὰ .. ἀπαναλισκόμενα.

3,49,4: δράσειν τὰ δεδογμένα. — 3,36,3: τῶν δεδογμένων.

7,71,3: ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως, insolita collocatione, cum ἀπὸ pertineat ad τῆς ὄψεως.

2,72,2: τῷ πλήθει τὰ ῥηθέντα κοινώσαντες. — 5,60,1.

4,28,3: καὶ ἐξανεχώρει τὰ εἰρημένα. — 5,35,4. — 5,37,5.

4,28,4: *τῶν εἰρημένων.* — 8,66,1: *τὰ ῥηθησόμενα.*

3,4,1: *τὰ ἐπεσταλμένα.*

6,41,2: *πρὸς τὰ ἐσαγγελλόμενα.*

4,38,1: *τὰ κεκηρυγμένα.*

3,38,6: *τὰ λεγόμενα.* — 8,92,2. — 6,34,7: *πρὸς τὰ λεγόμενα.*

1,22,1: *τῶν λεχθέντων.* — 8,82,1: *ἐκ τῶν λεχθέντων.* — 5,86: *τῶν λεχθησομένων.*

5,113: *τῶν ὁρωμένων.*

2,11,9: *τὰ παραγγελλόμενα.* — 2,89,9. — 1,121,3: *ἐς τὰ παραγγελλόμενα.* — 3,55,3. — 2,84,3: *τῶν παραγγελλομένων.*

8,43,3: *τὰ ποιούμενα.* — 3,77,2: *τῶν ποιουμένων.* — 8,46,5: *ἀπὸ τῶν ποιουμένων.* — 8,69,2: *τοῖς ποιουμένοις.* — 2,5,5: *τὰ πεποιημένα.*

1,133: *τὰ πρασσόμενα.* — 4,68,1. — 4,121,1. — 5,17,2. — 8,7,1. 8,9,3. — 8,44,2. — 8,64,5: *τῶν πρασσομένων.* — 8,48,3: *τοῖς πρασσομένοις.*

4,122,2: *τὰ πεπραγμένα.* — 5,25,1. — 3,71,2: *περὶ τῶν πεπραγμένων.* — 3,98,5: *τοῖς πεπραγμένοις.*

3,40,2: *τὰ προδεδογμένα.*

7,66,1: *ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα.* — 2,89,9: *τῶν προειργασμένων.*

1,118,1: *τὰ προειρημένα.*

2,62,3: *τὰ προκεκτημένα.*

6,15,1: *τὰ ἐψηφισμένα.*

1,39,3: *κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν.* — 8,89,3.

1,83,3: *τῶν ἀποβαινόντων.* — 2,11,9: *ἐκ τῶν ἀποβαινόντων.*

6,13,1: *τῶν ἀπόντων.*

1,61,1: *πρὸς τὰ ἀφεστῶτα.*

1,146: *τὰ γιγνόμενα.* — 2,4,2. — 2,54,5. — 3,75,5. — 3,81,3. — 6,70,1. — 7,71,6. — 6,54,5: *τῶν γιγνομένων (der Erträge).*

7,8,1: *καθ᾽ ἕκαστα τῶν γιγνομένων.* — 8,66,5.

1,22,4: *τῶν τε γενομένων τὸ σαφές.* — 3,112,3: *τὰ γεγενημένα.* — 8,74,1. — 1,110,4: *τῶν γεγενημένων.* — 3,24,3. — 3,110,1. — 4,101,1. — 2,5,1: *περὶ τῶν γεγενημένων.*

1,22,1: *τὰ δέοντα.* — 1,70,8. — 1,138,3. — 2,43,1. — 2,60,5.

2,43,5: *καὶ ἐν οἷς μάλιστα μεγάλα τὰ διαφέροντα, ἥν τι πταίσωσιν*, de discriminibus, quae inter duas condiciones intercedunt. Controversias autem significat:

1,70,1: *ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων.*

1,38,2: *τὰ εἰκότα.* — 3,57,1. — 5,90. — probabilia significat 6,36,3. — 8,45,6. — 2,74,3 (sine articulo). — 6,23,3: *ἀπὸ τῶν εἰκότων.*

2,51,1: *τῶν εἰωθότων.* — 3,38,5.

4,57,3: *τὰ ἐνόντα.*

1,71,3: *τὰ ἐπιγιγνόμενα.*

(2,45,1: *τοῖς ζῶσι.*)

5,113: *τὰ μέλλοντα.* — 1,70,7. — 1,138,3: *τῶν μελλόντων.* — 5,87. — 6,31,6. — 8,81,2. — 6,9,3: *περὶ τῶν μελλόντων.*

3,70,2: *κατὰ τὰ ξυγκείμενα.* — 5,47,8. — 8,58,5.

5,25,2: *ἐκ τῶν ξυγκειμένων.* — 5,47,12: *πρὸς τοῖς ξυγκειμένοις.*

1,76,2: *τὰ ξυμφέροντα.* — 5,105,4: *ὅτι . . . τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια.* — 6,83,3.

4,108,5: *τὰ ὄντα.* — 6,60,2. — 7,8,2. — 7,14,2.

4,17,4: *διὰ τὸ καὶ τὰ παρόντα ἀδοκήτως εὐτυχῆσαι*, ubi *τὰ παρόντα* est accusativus tempus significans, ut fortasse per hoc substantivum defendi possit scriptura tradita in Sophoclis Electra 215.

8,49: *τὰ παρόντα ἐδέχοντο.* — 8,74,3.

2,3,3: *πρὸς τὰ παρόντα.* — 2,6,1. — 2,59,3. — 3,82,2. — 4,80,2. — 6,41,1. — 6,46,5. — 7,67,4: *τῶν παρόντων.* — 7,71,1. — 1,79,1: *περὶ τῶν παρόντων.* — 2,13,2. — 3,38,7. — 8,1,3. — 3,29,2: *ἐκ τῶν παρόντων.* — 5,87. — 4,17,1. — 4,73,4 (ubi Stahlius *ἐκ* praepositionem addidit). — 5,40,3. — 6,70,4. — 6,93,2. — 7,62,1. — 7,77,1. — 7,56,2: *ἀπὸ τῶν παρόντων.* — 7,69,2: *ὑπὸ τῶν παρόντων.* — 1,123,1: *τοῖς παροῦσι.* — 8,54,4: *ἐπὶ τοῖς παροῦσι.*

3,10,6: *παραδείγμασι τοῖς προγιγνομένοις χρώμενοι.*

1,123,1: *τὰ προγεγενημένα.* — 5,20,2: *ἐς τὰ προγεγενημένα.*

1,20,1: *τῶν προγεγενημένων.* — 3,82,3.

3,61,1: *ἔξω τῶν προκειμένων.*

4,18,3: *διὰ τὴν παροῦσαν νῦν ῥώμην πόλεώς τε καὶ τῶν προσγεγενημένων.*

1,43,4: *τὰ προσήκοντα.* — 3,67,2: *οὐκ ἐκ προσηκόντων.*

1,70,2: *τὰ ὑπάρχοντα.* — 1,144,4. — 6,9,3.

6,31,6: *πρὸς τὰ ὑπάρχοντα.* — 1,70,8: *τῶν ὑπαρχόντων.* — 7,76: *ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων.* — 8,1,3. — 2,62,5: *ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων.* — 6,33,3.

4,19,3: *πεφύκασί τε τοῖς μὲν ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι μεθ' ἡδονῆς, πρὸς δὲ τὰ ὑπεραυχοῦντα καὶ παρὰ γνώμην διακινδυνεύειν*, quod simile est substantivo *τὰ ζῶντα*, quo Euripides usus est Hel. 913.

Dubium manet, utrum *τοῖς ἐνδοῦσιν* sit neutrum, an, ut Classenius putat, masculinum. Neglecta est in voce *τὰ ὑπεραυχοῦντα* omnis generis significatio. Est enim haec vis generis neutrius, ut nihil omnino dicat de genere, non ut utrumque genus excludat. Itaque incertius est dictum hoc participium, quam conexus postulabat, vel, quod idem est, majorem habet ambitum, quam ea notio, quae vere indicatur. Jure igitur dicit Classenius in adnotatione ad illum locum „*der Gegensatz πρὸς τὰ ὑπεραυχοῦντα im Neutrum nimmt absichtlich den weitesten Umfang an*“.

3,61,1: *τῶν οὐδὲ ἠτιαμένων.*

6,38,1: *καὶ ἐνθένδε ἄνδρες οὔτε ὄντα οὔτε .. λογοποιοῦσιν.*

4,98,7: *τὰ μὴ πρέποντα.*

4,61,1: *τὰ μὴ προσήκοντα.* — 2,65,8: *ἐξ οὐ προσηκόντων.*

5,111,2: *τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα.*

3,54,1: *τῶν εὖ δεδρασμένων.*

1,120,2: *τῶν νῦν λεγομένων.* — 3,37,4: *τῶν ἀεὶ λεγομένων.* — 1,22,1: *τῶν ἀληθῶς λεχθέντων.*

7,11,1: *τὰ μὲν πρότερον πραχθέντα.* — 8,43,2: *περὶ τῶν ἤδη πεπραγμένων.*

1,140,1: *τοῖς κοινῇ δόξασιν.*

3,82,3: *ἐστασίαζέ τε οὖν τὰ τῶν πόλεων καὶ τὰ ἐφυστερίζοντά που ἐπιπύστει τῶν προγεγενημένων πολλὴν ὑπέφερε τὴν ὑπερβολὴν ἐς τὸ καινοῦσθαι τὰς διανοίας* etc.,

ubi genetivum *τῶν πόλεων* supplere possumus, significat enim hoc loco *τὰς ἐφυστεριζούσας πόλεις.*

1,123,1: *περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων.*

1,22,1: *περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων.*

4,18,5: *τὰ νῦν προχωρήσαντα.*

4,18,2: *ἀπὸ δὲ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων.*

5,14,3: *πρὸς τὰ παρόντα σφίσιν.*

1,141,2: *τῶν ἑκατέροις ὑπαρχόντων.*

7,18,3: *περί του ... τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων.*

1,133: *τὰ περὶ αὑτοῦ γραφέντα.*

6,53,2: *οὐδὲν ἧσσον ζήτησιν ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὰ μυστήρια καὶ τῶν περὶ τοὺς Ἑρμᾶς δρασθέντων.*

8,50,3: *τὰ ἐπισταλέντα ἐκ τῆς Σάμου.*

4,8,4: *κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ Δημοσθένους.*

3,16,2: *τὰ ὑπὸ τῶν Λεσβίων ῥηθέντα.*

8,50,1: *τῶν ὑφ' αὑτοῦ λεχθέντων.*

1,23,3: *παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα.*

4,34,3: *τὰ ἐν αὐτοῖς παραγγελλόμενα.*

6,87,3: *δικασταὶ γενόμενοι τῶν ἡμῖν ποιουμένων* (per me).

8,54,3: *τοῖς πρὸς τὸν Ἀλκιβιάδην πρασσομένοις.*

1,22,2: *τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πολέμῳ.*

3,38,6: *τὰ ἐξ αὐτῶν ἀποβησόμενα.*

8,75,3: *τὰ ἀποβησόμενα ἐκ τῶν κινδύνων.*

6,88,7: *τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων.*

8,104,5: *ὥστε τὰ ἐν τῷ ἐπ' ἐκεῖνα αὑτοῦ γιγνόμενα μὴ κάτοπτα εἶναι.*

2,54,6: *ταῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν νόσον γενόμενα.* — 4,41,4. — 7,87,6.

2,6,2: *τὰ περὶ τῶν Πλαταιῶν γεγενημένα.*

4,15,1: *τὰ γεγενημένα περὶ Πύλον.* — 8,96,1. — 8,109,1.

1,75,5: *τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων.*

2,97,6: *περὶ τῶν παρόντων ἐς τὸν βίον.*

5,83,2: *τὰ μὲν ἐκ τῆς πόλεως δοκοῦντα προϋπάρχειν.*

2,8,3: *ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι.*

1,23,3: *τὰ ἔργῳ δὲ σπανιώτερον βεβαιούμενα.*

1,23,3: *τὰ πρότερον ἀκοῇ λεγόμενα.*

3,55,4: *τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα.*

6,38,1: *καὶ ἐνθένδε ἄνδρες (οὔτε ὄντα) οὔτε ἂν γενόμενα λογοποιοῦσιν*, quod unicum est exemplum *ἄν* particulae cum eiusmodi participio conjunctae.

6,11,4: *τὰ γὰρ διὰ πλείστου πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα τῆς δόξης δόντα.*

3,82,7: *τά τε ἀπὸ τῶν ἐναντίων καλῶς λεγόμενα.*

8,48,7: *οὔκουν ἑαυτῷ γε τῶν ἀπὸ Ἀλκιβιάδου καὶ ἐν τῷ παρόντι πρασσομένων ἀρέσκειν οὐδέν.*

6,33,1: *οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι ... λέγοντες.*

Denique unum exstat exemplum et infinitivo cum adjectivis conjuncto et adverbiis et accusativo a praepositione pendente definitum:

1,22,4: *τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι.*

6,10,2: *ἔπειτα ἐν αὐτῇ ταύτῃ πολλὰ τὰ ἀμφισβητούμενα ἔχομεν.*

3,48,1: *ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων.*

6,92,5: *περὶ μεγίστων τῶν διαφερόντων.*

7,66,1: *ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων.*

8,72,2: *ἄλλα τ' ἐπιστείλαντες τὰ πρέποντα εἰπεῖν.*

1,35,5: *πολλὰ δὲ τὰ ξυμφέροντα ἀποδείκνυμεν.*

Pauca denique substantiva cum genetivo conjuncta sunt:

4,9,2: *ἐπὶ τὰ τετειχισμένα μάλιστα καὶ ἐχυρὰ τοῦ χωρίου,* ubi substantivum *τὰ ἐχυρὰ* efficit, ut facilius etiam genetivi ratio intellegi possit.

3,26,3: *ἐδῄωσαν δὲ τῆς Ἀττικῆς τά τε πρότερον τετμημένα, εἴ τι ἐβεβλαστήκει καὶ ὅσα..*

4,54,1: *τῆς νήσου ἐς τὰ πρὸς Μαλέαν τετραμμένα.*

2,19,1: *μετὰ τὰ ἐν Πλαταίᾳ τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων γενόμενα,* quod omittere nolui, quamquam (vel propter verborum collocationem) non credo, recte traditum esse genetivum. Putarem *τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων* glossema esse, sed quis talia adscripserit? Nam etiam tum aliam formam exspectamus, non genetivum, sed praepositionem aliquam, e. g. *περὶ* cum acc. (aut gen. cf. 2,6,2). Quare praeferendam esse puto Kruegeri emendationem *ἐσελθόντων τῶν Θηβαίων* scribentis.

5,111,2: *ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται, τὰ δ' ὑπάρχοντα βραχέα πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα,* ubi genetivus certe etiam ad *τὰ ὑπάρχοντα* pertinet.

Unum denique reliquum est substantivum cum pronomine possessivo et genetivo *αὐτῶν* inter articulum et substantivum positis conjunctum:

4,76,4: *ἀλλ' ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἕκαστοι κινούμενα.*

Jam pergamus ad substantiva in singulari numero posita, quorum usus multo majorem praebet varietatem.

CAP. II. PARTICIPIA IN SINGULARI NUMERO SUBSTANTIVE POSITA.

In his enumerandis cum sequar ordinem, ut ab eis exemplis, quae similia sunt pluralibus, procedam ad ea, quae prorsus diversa sunt. Haec tamen non omnia in certas quasdam classes et ordines distribui possunt. Multa enim sunt medii cuiusdam generis et parum certi. Omni tamen distinctione supersedere non potui.

Primus igitur ordo continebit substantiva e participiis orta, quae prope accedunt ad pluralia. Quorum ea priore loco enumerabo, quae ab illis omnino non differunt, altero loco ea, quae, quamquam non prorsus congruunt, tamen similitudinem quandam cum eis praebent.

Sed jam simpliciora illa breviter enumeremus.

Aesch. Cho. 880: *οὐχ ὥστ' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ.*

Cho. 310: *τοὐφειλόμενον.*

Ag. 484: *πρὸ τοῦ φανέντος.*

Cho. 930: *καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε,* si quidem hoc *χρεὼν* vere participium nominari potest.

Soph. El. 668: *ἐδεξάμην τὸ ῥηθέν.*

Oed. R. 220: *τοῦ πραχθέντος.*

Oed. R. 1140: *ἢ οὐ λέγω πεπραγμένον;*

Aj. 528: *τὸ ταχθέν.*

Oed. Col. 510: *δεινὸν μὲν τὸ πάλαι κείμενον [ἤδη κακόν], ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν,* ut Nauckius scribit.

Frg. 167: *γλώσσης μελίσσης τῷ κατεῤῥυηκότι.*

Oed. Col. 1540: *τοὐκ θεοῦ παρόν.*

Oed. Col. 1694: *τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς φέρειν χρή.*

Eur. [Rhes. 76: *τὸ δρώμενον.*]

El. 622: *τὸ ῥηθέν.*

Ion. 77: *τὸ κρανθέν.*

Andr. 1268: *τὸ πεπρωμένον.*

Andr. 1080: *ἄκουσον ... τὸ πραχθέν.*

Hec. 740: *τὸ πραχθὲν δ' οὐ λέγεις.* — Hipp. 842.

Frg. 554: τὸ προσδοκώμενον.
Ion. 746: τοῦ δ' ἀπόντος οὐ κρατῶ.
Iph. Aul. 501: εἰκὸς πέπονθα, in loco fortasse interpolato.
[Frg. 174: μὴ οὖν θέλε | λυπεῖν σαυτὸν εἰδὼς ὅτι
ἐσθ' ὅτε τὸ λυποῦν ὕστερον χαρὰν ἄγει
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον,]
ubi τὸ λυποῦν rem aliquam, quae tristitia afficit, non dolorem ipsum significat. Dubitant Dobraeus et Nauckius, num Euripidis sint hi versus.
[Rhes. 49: σοὶ δ' ὑποπτεύων τὸ μέλλον ἦλθον ἄγγελος.]
Hec. 937: ὀναίμην τοῦ παρόντος, de auro, quod Polymestor satis se habere dicit.
Hel. 1290: πρὸς τὸ τυγχάνον.

Frg. 901,6: οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ ταῦτα κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς, ubi traditum est: τὸ κρίνειν .. ἐστιν.
Suppl. 312: τὸ γάρ τοι ξυνέχον ἀνθρώπων πόλεις τοῦτ' ἐσθ' ὅταν τις . . .

Inest in his quasi dissolutio aliqua simplicis enuntiati: τοῦτο ξυνέχει etc., per quam oratio majorem accipit vim et fit quodammodo accuratior. Indicatur enim illo τὸ ξυνέχον, id solum, quod in enuntiato ὅταν etc. dicitur, posse hoc efficere, cum per τοῦτο ξυνέχει non excludatur, etiam aliis rebus idem effici posse.
Iph. Taur. 1164: τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σε;
Frg. 287: ἐγὼ τὸ μὲν δὴ πανταχοῦ θρυλούμενον
κράτιστον εἶναι φημὶ μὴ φῦναι βροτῷ.
Ant. tetr. 2,2,7: οὔτε γὰρ ἀπειρημένον . . . ἐξεμελέτα.
d. chor. 4: τὸ νομιζόμενον.
d. nov. 6: ὅπως τὸ πραχθὲν ἢ ἀληθές.
tetr. 2,2,7: (οὔτε γὰρ ἀπειρημένον,) ἀλλὰ προστεταγμένον ἐξεμελέτα.
d. nec. Her. 25: τὸ γεγενημένον.
Thuc. 3,38,4: τὸ ἀκουσθέν.
3,38,4: τὸ δρασθέν.
3,61,1: πρὸς τὸ ἐρωτηθέν.
7,87,6: πανωλεθρίᾳ δὴ τὸ λεγόμενον.
1,134,4: ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον.
2,50,2: τοῦ ἀποβαίνοντος.

3,22,6: τὸ γιγνόμενον. — 3,22,8. — 4,116,1. — 6,58,1: ἐπὶ το γενόμενον. — 6,54,1: περὶ τοῦ γενομένου. — 2,5,4: τὸ γεγενημένον. — 4,44,4. — 6,72,2: τῷ γεγενημένῳ. — 8,1,2: ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ.
1,90,1: Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι τὸ μέλλον ἦλθον πρεσβείᾳ, quod de una tantum re, quae parabatur, de murorum aedificatione dictum est.
4,71,1. — 5,30,1: βουλόμενοι προκαταλαβεῖν τὸ μέλλον, de foedere, quod inter Argivos et Corinthios parabatur. — 6,74,1. — 7,38,2. — 8,73,4.
4,68,5: κατὰ τὸ ξυγκείμενον.
5,90: τὸ ξυμφέρον, quod hoc loco ad certam rem spectat.
3,22,8: τὸ ὄν.

7,68,1: τὸ λεγόμενόν που.
3,38,2: τὸ πάνυ δοκοῦν.
1,84,2: παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν.
3,37,5: παρὰ τὸ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει.
8,94,1: καὶ πᾶς τις αὐτὸ τοῦτο ἐνόμιζεν εἶναι τὸ πάλαι λεγόμενον ὑπὸ Θηραμένους καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ.

4,130,5: ᾠήθησαν γὰρ ἀπὸ προειρημένου τινὸς αὐτοῖς τὴν ἐπιχείρησιν γενέσθαι.
5,83,1: ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς καὶ ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν πρασσόμενον.

Jam veniamus ad exempla, quae paullo recedunt ab usu pluralis numeri, ut μέλλον in hoc enuntiato: οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίστατο (Aesch. Pers. 373) et τὸ νομισθέν in versu Sophocleo:
τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ (frg. 107).
Paullo tantum differunt haec exempla ab eis, quae modo proposita sunt. Significant enim etiam haec res non solum in cogitatione positas, eo tamen differunt, ut eis mnis numeri per conexum significatio desit. Ubi vero neque per ipsius verbi vim infertur numeri significatio, accipiunt haec exempla incertiorem colorem, ut neque unam tantum rem significare, neque collective esse posita dici possint. Quo fit, ut haec substantiva modo hypothetice dicta esse

videantur, ut Aesch. Ag. 846: τὸ καλῶς ἔχον, modo substantivis infinitae significationis fiant similia, ut Soph. frg. 107: τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ. Ubi vero per ipsius verbi vim inferri videtur quaedam numeri significatio, cum accipiunt haec participia ambitum significationis, ut omnes res eiusdem generis quodammodo comprehendere possint, cuiusmodi est τὸ πεπρωμένον, τὸ πεφασμένον, alia. Quare transitum faciant talia ad ea, quae collectivam vim habent.

Singula haec sunt:

Aesch. Ag. 68: τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον. — Ag. 682: τοῦ πεπρωμένου.

Prom. 843: ὡς δέρκεται πλέον τι τοῦ πεφασμένου.

Pers. 454: κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. — Ag. 251. — Ag. 1240: τὸ μέλλον ἥξει. — Suppl. 1057.

Ag. 846: καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον.

Pers. 373: οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίστατο.

Prom. 211: τὸ μέλλον ᾗ κρανοῖτο προυτεθεσπίκει.

Soph. Oed. R. 111: (τὸ δὲ ζητούμενον ἁλωτόν) ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

Oed. R. 111: τὸ .. ζητούμενον.

Frg. 107: τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ.

Phil. 1010: τὸ προσταχθέν.

Trach. 743: τὸ φανθέν, quod Nauckius mutat in κρανθέν.

Oed. Col. 139: τὸ φατιζόμενον in anapaestis.

Ant. 611: τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει νόμος ὅδ'. — Phil. 1254. — Frg. 725.

Phil. 149: πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν. — Oed. Col. 580: τῷ παρόντι.

Aj. 228: φοβοῦμαι τὸ προσέρπον.

Frg. 91: τὸ γὰρ καλῶς πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

Eur. Hipp. 868: πρὸς τὸ κρανθέν.

Hel. 1660: ἀλλ' ἧσσον ἧμεν τοῦ πεπρωμένου. — [Rhes. 634.]

Hipp. 185: τὸ δ' ἀπόν.

Frg. 1058,6: (τῷ παρόντι) τοὐπιὸν πιστούμενοι. — Frg. 146.

Bacch. 301: λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.

ib. 1288. — Or. 426: τὸ μέλλον ἴσον ἀπραξίᾳ λέγω. — ib. 478. 860. — Hec. 761. — Phoen. 895. 1305. — [Rhes. 332.] Frg. 146.

Hipp. 185: οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρόν.

Heracl. 170: τοῦ παρόντος. — Frg. 1061. — Frg. 1058,6: τῷ παρόντι.

El. 639: τοὐνθένδε πρὸς τὸ πῖπτον αὐτὸς ἐννόει. — Frg. 175.

Hel. 347: εἰς τὸ φέρτερον τίθει τὸ μέλλον ὅτι γενήσεται.

Bacch. 896: τό τ' ἐν χρόνῳ μακρῷ νόμιμον ἀεὶ φύσει τε πεφυκός.

Thuc. 5,9,4: μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς μᾶλλον καὶ ἀντιπαραταχθέντος, ἢ ..

5,66,4: καὶ τὸ ἐπιμελὲς τοῦ δρωμένου πολλοῖς προσήκει.

1,138,3: ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου.

4,17,2: λόγοις τὸ δέον πράσσειν. — 5,66,3.

4,67,4: κατὰ τὸ εἰωθός, in quo dubitari potest, utrum hoc loco ponendum sit, an ad substantiva infinitae significationis pertineat.

4,17,2: παρὰ τὸ εἰωθός. — 4,55,2. 7,60,5. 7,75,5.

1,98,4: παρὰ τὸ καθεστηκός. — 7,67,2.

6,35,1: (ὀλίγον δ' ἦν τὸ φοβούμενον) τὸ μέλλον.

6,39,3: μαχούμενοι (περὶ) τῆς ἰδίας ἕκαστος τὸ μὲν αὐτίκα σωτηρίας, τὸ δὲ μέλλον ἐλευθερίας.

3,44,3: ἐς τὸ μέλλον. — 3,48,2. — 3,39,3: πρὸς τὸ μέλλον. — 4,62,4: τοῦ μέλλοντος. — 7,77,3. — 3,44,3: περὶ τοῦ μέλλοντος. — 7,71,2: ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος.

5,8,3: ἀπὸ τοῦ ὄντος.

Saepius legimus τῷ ὄντι, quod sensim in significationem adverbialem transiit, ut respondeat Romanorum „re vera". Itaque non ad unam aliquam rem respicit, sed in universum dictum est.

4,28,3: τῷ ὄντι. — 4,126,4. 4,68,3. 8,92,11.

1,122,1: πρὸς τὸ παρατυγχάνον. — 3,82,7: ἐν τῷ παρατυχόντι. 5,38,1.

1,25,1: ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν.

1,77,5: τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις.

2,22,1: πρὸς τὸ παρόν. — 5,9,4. — 1,133: περὶ τοῦ παρόντος. — 3,44,3. — 2,54,3: ἐπὶ τοῦ παρόντος. — 2,36,4: ἐπὶ τῷ παρόντι. — 6,20,1.

Saepissime legitur *ἐν τῷ παρόντι*:
1,32,3. 1,41,1. 1,132,1. 1,136,4. 2,41,2. 2,62,2. 2,63,2. 2,64,5. 2,88,1. 4,1,3. 4,11,4. 4,59,4. 4,64,5 (ubi opponitur *ἐς τὸ ἔπειτα*). 4,79,3. 5,11,1. 5,41,2. 5,63,4. 6,18,4. 6,24,3. 6,35,2. 6,60,5. 6,82,3. 6,88,1. 6,88,2. 7,42,3. 7,73,2. 7,75,6. 8,1,2. 8,48,7. 8,53,3. 8,71,1. 8,87,4.

4,55,2: *οἷς τὸ μὴ ἐπιχειρούμενον ἀεὶ ἐλλιπὲς ἦν τῆς δοκήσεώς τι πράξειν.*
2,42,4: *περὶ τοῦ ἤδη ὁρωμένου.*
2,61,3: *τὸ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον.*
3,40,7: *πρὸς τὸ παρὸν αὐτίκα.*
1,95,7: *καὶ σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ἐπιτηδείους*, ubi Kruegerus illud *παρόντι* uncis inclusit, negat enim talem locutionem apud Atticos exstare. Sed est verisimile, Cassium Dionem, quem ipse affert, 44,51 et 50,8 imitatum esse Thucydidis usum. Cf. etiam *τὰ ἔπειτα μέλλοντα* apud ipsum Thucydidem.
2,53,3: *τὸ προταλαιπωρεῖν τῷ δόξαντι καλῷ οὐδεὶς πρόθυμος ἦν.*
3,44,3: *περὶ τοῦ ἐς τὸ μέλλον καλῶς ἔχοντος.*
5,85: *πρὸς τὸ μὴ δοκοῦν ἐπιτηδείως λέγεσθαι.*

7,67,1: *ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον πρότερον* etc., ubi liberior est conjunctio substantivi cum genetivo, quia is et praepositus est, et ad totum enuntiatum pertinet.

Exemplis modo enumeratis cognata sunt haec:
substantiva collective posita, quae eo differunt a pluralibus e. g. cum adjectivo *πάντα* conjunctis, quod in singulari numero vere omnes res ad unam notionem pertinentes in unum comprehenduntur, cum in plurali numero distincte inferatur notio multitudinis.

Discernenda sunt in hoc ordine ea, quae res complures aut personas significant, non accedente notione partis et ea, quae partem significant. In utroque autem genere invenimus substantiva res significantia, quae, cum simpliciora sint, priore semper loco tractabo, et substantiva personas significantia, quae

nobis magis mira videntur, quia per se quidem neutrum genus ad personarum significationem parum aptum putamus.

Eorum igitur, a quibus partis notio aliena est, pauca tantum res significant:
Aesch. Prom. 127: *πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον.*
Soph. El. 40: *ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον.*
Aj. 315: *κἀγὼ .. δείσασα τοὐξειργασμένον*
ἔλεξα πᾶν.
Ant. 361: *ἄπορος ἐπ᾽ οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον.*
Phil. 175: *ἀλύει δ᾽ ἐπὶ παντί τῳ χρείας ἱσταμένῳ*, quod proxime accedit ad illud *τὰ περισσεύοντα τῶν λόγων*, nisi quod per singularem numerum et per *παντί τῳ* omnia comprehendit, quae quoque tempore sub hanc notam cadunt.
Eur. Phoen. 1334: *ὃς πᾶν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον.*
Frg. 885: *τὸ δ᾽ ἄκαιρον ἅπαν τόδ᾽ ὑπερβάλλον τε μὴ προσείμαν*, ubi *τόδε* Porsonus addidit.
Thuc. 4,59,2: *πᾶν τὸ ἐνόν.*
5,103,1: *τοῖς δ᾽ ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι.*

Plura exstant, quae ad personas significandas usu veniunt: pauca quidem apud tragicos, multa apud Thucydidem.
Aesch. Cho. 753: *τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὡσπερεὶ βοτὸν*
τρέφειν ἀνάγκη,
quod uno nomine comprehendit omnes, qui nondum sapiunt, neque genere, neque numero indicato, ne quidquam, de quo illud, quod dicitur, valeat, per accuratiorem definitionem excludatur.
Soph. Trach. 144: *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται*
χώροισιν αὑτοῦ.

Vitiosum est illud *χώροισιν αὑτοῦ*, de quo monuisse satis habeo.

Hic versus exemplum est eius rei, quam jam saepius commemoravi, saepe dubitari posse, utrum talia participia definitam notionem habeant, an infinitam. Nos quidem in hoc substantivo facile infinitam vim intellegimus, quia ipsi per denominationem possumus collective dicere „*die Jugend*“, si personas significamus. Sed non inest talis denominatio in participio graeco. Equidem hoc loco posui hoc exemplum, quoniam distincte ad personas significandas usu venit.
Eur. Frg. 218: *κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ,*
τὸ δ᾽ ἐκλαλοῦν τοῦθ᾽ ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ᾽ ὁμίλημ᾽ ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Andr. 133: *τὸ κρατοῦν δέ σ᾽ ἔπεισι,* quod ad personam spectat, ut conexus docet.

Conferas cum hoc loco Xen. Mem. 1,2,43: *πάντα ..... ὅσα ἂν τὸ κρατοῦν τῆς πόλεως βουλευσάμενον ἃ χρὴ ποιεῖν γράψῃ, νόμος καλεῖται,* paullo tamen diversum. Hic necessitas quaedam ad singularem neutrius adduxit, quia masculinum numerum indicaret.

Hic quoque dubitari potest de ipsa vi participii. Quod cum modo magis ad collectivorum, modo magis ad infinitam significationem accederet, cumque haec inter se arte cognata esse viderentur, ea omnia in eo ordine esse ponenda putavi, ad quem major eorum pars pertineret.

Plura exstant apud **Thucydidem** huius generis substantiva, quorum ea priore loco enumerabo, quae substantivis, qualia tragici usurpaverunt, paria sunt, i. e. ea, quae nullo indicato numero ad personas pertinent:

Thuc. 4,61,5: *πέφυκε γὰρ τὸ ἀνθρώπειον διὰ παντὸς ἄρχειν μὲν τοῦ εἴκοντος κτλ.*
4,61,5: *φυλάσσειν δὲ τὸ ἐπιόν.*
3,39,5: *πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως ἄνθρωπος τὸ μὲν θεραπεῦον ὑπερφρονεῖν κτλ.*
5,9,8: *(τὸ γὰρ ἐπιὸν ὕστερον δεινότερον τοῖς πολεμίοις τοῦ παρόντος) καὶ μαχομένου.*
5,9,8: *τοῦ παρόντος.*

3,39,5: *τὸ δὲ μὴ ὑπεῖκον θαυμάζειν.*
5,9,8: *τὸ γὰρ ἐπιὸν ὕστερον δεινότερον τοῖς πολεμίοις (τοῦ παρόντος).*

Videmus haec semper in sententiis generalibus usu venire et apparet vitari per ea nimis distinctam numeri et generis significationem.

Alia praeterea apud Thucydidem exstant participia et ipsa personas collective significantia, quae paullo differunt ab exemplis adhuc enumeratis. Accedunt enim in his semper adjectiva numeralia aut praedicati loco posita aut praedicative cum substantivis conjuncta, quo haec participia aptissima fiunt ad factiones aliaque eiusmodi significanda.

Sed jam ipsa exempla proferamus:

Thuc. 4,78,5: *πρίν τι πλέον ξυστῆναι τὸ κωλῦσον.*
8,66,2: *ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός.*
8,66,3: *καὶ τὸ ξυνεστηκὸς πολὺ πλέον ἡγούμενοι εἶναι ἢ ὅσον ἐτύγχανεν ὄν.*

7,49,1: *καὶ ὅτι ἦν αὐτόθι πολὺ τὸ βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις γίγνεσθαι τὰ πράγματα ..*
7,49,1: *ὅτι ἦν αὐτόθι πολὺ τὸ ... ἐπικηρυκευόμενον πρὸς αὐτὸν ὥστε μὴ ἀπανίστασθαι.*
6,35,1: *ὀλίγον δ᾽ ἦν τὸ πιστεῦον τῷ Ἑρμοκράτει.*
6,35,1: *ὀλίγον δ᾽ ἦν τὸ ... φοβούμενον τὸ μέλλον,*

quae (sc. *τὸ πιστεῦον* et *τὸ φοβούμενον*) partem aliquam significant, si accurate quaeris, quartam in concione Syracusanorum partem. Sed non opponitur pars toti aut alteri parti, ut tamen differunt ab eis substantivis, quae vere rei alicuius partem significant.

7,48,2: *ἦν γάρ τι καὶ ἐν ταῖς Συρακούσαις βουλόμενον τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα ἐνδοῦναι.*
6,89,4: *πᾶν δὲ τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι δῆμος ὠνόμασται.*

Haec sunt, quae in priore huius ordinis parte enumeranda erant, ut jam ad ea exempla, quae partem aliquam significant, transire liceat. Etiam in his priore loco ponam res significantia, quae apud Thucydidem frequentantur.

Fortasse hoc loco ponendum est

Soph. Frg. 696: *τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνακτόρων,* incerta scriptura.

Eur. Phoen. 1097: *τῷ νοσοῦντι τειχέων.*

Ant. tetr. 2,2,10: *τὸ λειπόμενον τοῦ βίου.*

Thuc. 2,76,1: *τὸ διῃρημένον,* ubi praecedit *διελόντες τοῦ τείχους ᾗ προσέπιπτε τὸ χῶμα ἐσεφόρουν τὴν γῆν,* ex quo facile intellegitur, cuius sit illa pars.
8,83,3: *ὡς οὔτε μισθὸν ἐντελῆ πώποτε λάβοιεν τό τε διδόμενον* (sc. *τοῦ μισθοῦ*) *βραχὺ καὶ οὐδὲ τοῦτο ξυνεχῶς.*
2,76,2: *ἐπὶ τὸ κενούμενον.*
6,101,3: *αἱροῦσιν ἅμα ἕῳ τό τε σταύρωμα πλὴν ὀλίγου καὶ τὴν τάφρον, καὶ ὕστερον καὶ τὸ ὑπολειφθὲν* (sc. *τοῦ σταυρώματος*) *εἷλον.*

2,13,7: *τὸ δ' ἐν φυλακῇ ὄν* sc. *τοῦ ἅπαντος περιβόλου*, quod satis indicatur per praedicatum: *ἥμισυ τούτου.*

2,15,3: *τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον.*

5,3,2: *κατὰ τὸ διῃρημένον τοῦ παλαιοῦ τείχους.*

2,13,7: *αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον.*

7,83,4: *τὸ ἡσυχάζον τῆς νυκτός.*

2,76,4: *τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς.*

4,36,2: *κατὰ τὸ ἀεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώδους.*

6,53,3: *πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς.*

Transimus ad ea participia, quae partem hominum numeri alicuius significant:

Soph. frg. 610: *τὸ δ' εὐτυχοῦν πᾶν ἐξαριθμήσας βροτῶν,*
οὐκ ἔστιν ὄντως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα,

ubi notio partis necessitate quadam adduxit ad singularem collective usurpandum, ut in unum comprehenderetur id, quod unius rei pars esset eique opponeretur.

Eur. Iph. Taur. 327: *αὖθις τὸ νυν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις*, ubi duae distinguuntur pugnantium partes. Praebet autem verbum numerum pluralem, ut id, quod in substantivo *τὸ ὑπεῖκον* comprehenditur, rursus in singulas partes dividatur, vel potius, ut numerus, qui in substantivo consulto neglectus est, in sequenti verbo indicetur.

Suppl. 708: *οὐ γὰρ τὸ νικῶν τοῦτ' ἐκήδευεν μόνον*, ubi codices praebent *ἐκέρδανεν.*

Suppl. 709: *ἀλλ' ᾤχετ' εἰς τὸ κάμνον οἰκείου στρατοῦ.*

Thuc. 7,71,3: *οἱ δ' ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες.*

5,73,2: *χωρῆσαι ἐπὶ τὸ νικώμενον*, ubi mea quidem sententia non supplendum est *κέρας*, quamquam libenter concedo, per substantiva, quae veram ellipsin praebent, ut *τὸ εὐώνυμον*, facilius potuisse ea in usum vocari, de quibus nunc disputamus.

4,96,4: *καὶ πρὸς τὸ μαχόμενον κατέφυγε.*

Ex eis, quae antecedunt, apparet, illud *τὸ μαχόμενον* esse cornu dextrum aciei, sed non potest *κέρας* suppleri, quia etiam mediae aciei pars adhuc pugnabat.

5,72,3: *κατὰ τὸ διάκενον καὶ οὐ ξυγκλησθέν.*

7,85,3; (*τὸ μὲν οὖν ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος· ἐς τὸ κοινὸν οὐ πολὺ ἐγένετο,*) *τὸ δὲ διακλαπὲν πολύ.*

5,73,3: (*οἱ Ἀθηναῖοι*) ... *καθ' ἡσυχίαν ἐσώθησαν καὶ τῶν Ἀργείων μετ' αὐτῶν τὸ ἡσσηθέν.*

5,73,1: *καὶ ἅμα τὸ δεξιὸν τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Τεγεατῶν ἐκυκλοῦτο τῷ περιέχοντι σφῶν τοὺς Ἀθηναίους.*

2,79,3: *ἐς τὰς Ἀθήνας ἀναχωροῦσι τῷ περιόντι τοῦ στρατοῦ.*

3,107,3: *κατὰ τὸ ὑπερέχον τῶν ἐναντίων.*

7,85,3: *τὸ μὲν οὖν ἀθροισθὲν τοῦ στρατεύματος ἐς τὸ κοινὸν οὐ πολὺ ἐγένετο, τὸ δὲ κτλ.*

7,43,7: *καὶ βουλομένων διὰ παντὸς τοῦ μήπω μεμαχημένου τῶν ἐναντίων ὡς τάχιστα διελθεῖν.*

Participia in singulari posita, quae in altera ordinis primi parte et in ordine secundo tractavi differebant a pluralibus non in eo, quod significabant, sed ratione tantum, qua numerum rerum illarum significabant. Ea autem, de quibus in fine ordinis primi egi, plerumque per ipsorum verborum vim, saepe res nondum notas significantium (*τὸ μέλλον, τὸ ἐπιόν,*) incertiore erant colore vel quodammodo hypothetice dicta. Ordinis secundi exempla eo, quod numeri significatio in ipso participio neglegebatur, apta erant ad res complures sine significatione multitudinis in unum comprehendendas.

Ab his exemplis, quae ratione tantum, qua aliquid significatur, differunt ab eis, quae in plurali posita sunt, magno intervallo separantur substantiva in sequentibus tractanda (ut *τὸ εἰκός, τὸ συμφέρον, τὸ κείνου βουλόμενον*), quae significant aliquid, quod per pluralem non potest significari: Vertenda sunt plerumque per substantiva infinitae significationis — perraro enim Graecorum usum imitari possumus —, qua versione decepti putamus, haec substantiva etiam in graeca lingua infinitam habere vim. Sed re vera eiusmodi significatio repugnat naturae substantivorum participialium. Haec enim est vis eorum, ut actio verbi tribuatur substantiae alicui, quae nihil contineat praeter ipsam illam actionis notionem. Non possunt igitur haec substantiva notiones significare, quarum vis in eo posita sit, quod non substantiae adhaerentes cogitantur. Differunt tamen haec exempla a prioribus eo, quod in his sola substantiae notio conjuncta est cum notione verbi,

cum in substantivis, quae putamus definita, per verbi vim aut per conexum adducamur, ut notioni substantiae adhuc vacuae alias notiones adhaerere cogitemus. Itaque aut ipsius verbi vis notionem substantiae premit, ut e. g. subst. *τὸ ὑπάρχον* non potest cogitari sine substantiae notione — aut forma nos cogit, ut vim definitam accipiamus, ut semper in pluralibus, in quibus ad substantiae notionem accedit notio multitudinis, et plerumque in eis, quae ex passivo formata sunt —, aut e toto conexu concludimus. Quo fit, ut saepe eiusmodi participium intellegamus, quasi sit attributum notioni alicui ampliori et vertamus secundum analogiam verae ellipsis e. g. *τὰ ὑπάρχοντα*, *„die vorhandenen Vorräthe“* vel *„die vorhandenen Hülfsquellen“*, *τὰ μέλλοντα* *„die kommenden, bevorstehenden Ereignisse“*.

Contra putamus haec substantiva habere vim infinitam, ubi notio substantiae non premitur, ut in participiis verborum, quae relationem aliquam significant (*τὸ εἰκός*, *τὸ δέον*). Eodem autem modo, quo haec per conexum accipere possunt vim definitam, possunt verba aut formae minime apta ad notiones infinitas significandas per conexum significationem assumere, quam nos putamus infinitam. Quod saepe fit in verbis, quae notionem personae agentis postulare videntur, ubi talis notio excluditur (*τὸ μαινόμενον* = *μανία*, Eur.), aut in passivo, ubi per conexum non praebetur objectum actionis (*τῆς πόλεως τὸ τιμώμενον*, Thuc.).

Inde sequitur primum, idem substantivum (secundum totum conexum) modo definitum, modo infinitum haberi, deinde utramque significationem saepe non accurate discerni posse, quare substantiva in sequentibus tractanda eis non opponam, de quibus in ordinibus primo et altero dixi.

Duos discernendos arbitror horum substantivorum ordines, quorum alter simpliciora continebit exempla, ut *τὸ εἰκός*, *τὸ συμφέρον*, i. e. activi generis participia, quae relationem quandam aut statum, qui non personae proprius cogitetur, significant. Continet hic ordo ea substantiva, quae per ipsam verbi vim apta erant ad infinitas notiones significandas.

In altero autem ordine ea enumerabo, quae nobis maxime mira videntur, ut *τὸ δυνάμενον*, *τὸ βουλόμενον*, *τὸ πημαῖνον*.

In versione horum exemplorum sequenda est analogia participiorum notionis definitae: Ut enim illa aut substantivo definitae

significationis vertimus, aut substantivi ope, cui accedat notio participii, ut *τὰ ὑπάρχοντα* *„die vorhandenen Vorräthe“*, ita haec participia recte aut substantivo notionis vere infinitae vertemus, ut *τὸ εἰκός* *„die Wahrscheinlichkeit“*, aut substantivi infinitae significationis ope, cui adjungatur notio verbi in participio positi, ut *τὸ μέλλον ἡμῶν* *„unser zögerndes Wesen“*, *τῆς πόλεως τὸ τιμώμενον* *„die geehrte Stellung der Stadt“* etc.

Pauca tantum exempla in ordine priore ponenda sunt, ad quorum enumerationem nunc me vertam:

Soph. Oed. R. 1416: *ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων.*
Phil. 891: *μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ*
ὀσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος.
Oed. R. 74: *τοῦ εἰκότος πέρα.*
Phil. 926: *τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν*
τό τ' ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον ποιεῖ,
ubi, ut saepe, concinnitatis leges ad tale substantivum adduxerunt.

Eur. Iph. Aul. 566: *ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν τὸ δέον.*
Alc. 1101: *εἰς δέον.* — ib. 817: *ἐν δέοντι.* — Med. 1277. — Or. 212. — Hipp. 927.
Heracl. 214: *ἃ δ' ἐκτὸς ἤδη τοῦ προσήκοντός σε δεῖ*
τῖσαι λέγω σοι παισί, praeter id, quod eis cognatus es.
Frg. 635: *οὗτος σοφὸς πέφυκε πρὸς τὸ συμφέρον.*

Saepe utitur Euripides substantivo *τὸ χρεών*, quod omittere nolui, quamquam *χρεών* vix potest proprio sensu nominari participium.

Hel. 1637: Theoclymenus: *ἀλλ' ἔδωκεν ἡ τυχή μοι*, cui chorus respondet: *τὸ δὲ χρεὼν ἀφείλετο.*
El. 1301: *μοῖραν ἀνάγκης ἦγεν τὸ χρεών.* — Iph. Aul. 1331. Iph. Taur. 1486: *τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ*, necessitas, fatum. — Frg. 733. — Herc. fur. 21: *τοῦ χρεὼν μέτα.* — Hipp. 1256.

Frg. 494,3: *τὴν μοῖραν ἐς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων.* — Frg. 733.

Iph. Aul. 1017: *τοὐμὸν χρεών*, in loco a Dindorfio summo jure ejecto. Ipsa illius *τὸ χρεών* vis non congruit cum usu Euripideo,

Esset hoc antiquissimum exemplum pronominis possessivi inter articulum et participium positi.

Ant. d. nec. Her. 43: *καίτοι τὸ εἰκὸς σύμμαχόν μοί ἐστιν.*
ib. 49: *τὸ δίκαιον καὶ τὸ εἰκός.* — ib. 63: *κατά γε τὸ εἰκός.*
ib. 37: *τοῦ εἰκότος.*
d. n. H. 1: *πέρα τοῦ προσήκοντος.*
d. n. H. 1: *μᾶλλον τοῦ συμφέροντος.*

---

d. n. H. 10: *οὐ τοῦ ἐμοὶ συμφέροντος ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ σφίσιν αὐτοῖς λυσιτελοῦντος.*
d. n. H. 50: *ἐπεὶ τό γε ξυμφέρον καὶ οὗτος ἠπίστατο, ὅτι τότε παύσοιτο στρεβλούμενος, ὁπότε κτλ.*

---

tetr. 1,1,2: *ὁτιοῦν εἰκός.*
Thuc. 8,94,2: *δι' ἐλπίδος ὡς κἂν ἐς δέον παραγένοιτο.*
2,89,8: *ἐν δέοντι.*
5,96: *τὸ εἰκός (σκοπεῖν).* — 1,121,4: *κατὰ τὸ εἰκός.* — 2,54,3. 3,20,2. 4,8,8. 5,9,7. 5,86. 6,72,4. 8,68,3. 8,71,1. 8,87,4. — Aliam habet *τὸ εἰκός* vim 2,62,1: *εἰ μὴ καταπεπληγμένους ὑμᾶς παρὰ τὸ εἰκὸς ἑώρων.* — 3,40.4: *παρὰ τὸ εἰκός*, contra aequitatem. — 4,17,5: *ἐκ τοῦ εἰκότος*, de probabilitate. — 5,105,3. 7,66,2. 7,68,3. 6,18,4: *τῷ εἰκότι*, secundum probabilitatem.
6,85,3: *πρὸς τὸ λυσιτελοῦν.*
1,42,2: *τὸ .. ξυμφέρον.* — 3,56,7. — 3,56,3. — 5,107. — 4,60,1: *ἐς τὸ ξυμφέρον.* — 7,57,1: *κατὰ τὸ ξυμφέρον.* — 2,40,5: *τοῦ ξυμφέροντος.*
8,46,5: *ἐκ περιόντος ἀγωνιεῖσθαι (mit Uebermacht).*

2,89,6: *τῷ οὐκ εἰκότι.*
5,9,4: *ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν ξυμφέροντος.*
4,108,6: *διὰ τὸ ἡδονὴν ἔχον ἐν τῷ αὐτίκα.*
3,82,8: *ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον.*

5,106: *καὶ μάλιστα πιστεύομεν τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν.*

Ab his exemplis ea, quae in ordine quarto tractabo, non solum in nostra opinione, sed etiam ipsa natura distincte separata

sunt. Continebit enim ordo quartus substantiva a verbis, quae per ipsam significationem aut formam substantiae notionem inferre videntur, formata, ut *τὸ ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ, τὸ δεσποτούμενον.* Talia nobis quidem saepe mira videntur. Tamen nemo putabit Graecos ea sine ulla causa substantivis vere infinitis praetulisse.

Quaerendum est igitur breviter, cur ea praetulerint. Non potest negari haec participia cum acumine quodam esse posita: Cum enim substantiva vere infinita, si ad unum tantum animi motum significandum usurpantur, perdant ambitum significationis, ut re vera desinant esse infinita, substantiva e neutro participii formata contra jam per se unum tantum statum (aut motum) significant (ut *τὸ διαφθαρὲν φρενῶν, τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι*). Ad quod accedit, substantiva infinitae significationis, ut „*der Wunsch*“ neque activam neque passivam potestatem habere, neque ad tempus spectare, quamvis possit per conexum active vel passive et de uno quodam tempore usurpari. Contra substantivum participiale eam habet vim, ut altero usu excluso aut activum (*τὸ ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ*) aut passivum (*τὸ πτοηθὲν* sc. *τῆς ψυχῆς*) significet, ac ne temporis quidem nota careat (*τὸ μεταμελησόμενον*). Sunt igitur haec participia multo accuratius dicta, quam substantiva vere infinita, et quodammodo ipsam actionem vel ipsum statum, qui significatur, distincte ante oculos ponunt.

In enumeratione exemplorum huc pertinentium eum sequar ordinem, ut priore loco ponam, quae apud complures scriptores similia leguntur. Deinde singula tractabo, quae artiore cognationis vinculo conjuncta non sunt, quamquam non prorsus natura sua discrepant.

Incipiamus ab eis participiis, quae motum aut statum aliquem homini aut hominis menti proprium significant:

Soph. Oed. Col. 1220: *τὰ τέρποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,*
ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ τοῦ θέλοντος.
quod Reiskius mutavit in *τοῦ δέοντος.*

Intellegendum esset *τὸ θέλον* eodem modo, quo *τὸ βουλόμενον* apud Thucydidem, ut sit id, quod alicui inest, cupiditatis. Recte interpretatur Wunderus „*ubi quis in majorem inciderit cupiditatem, i. e. ubi quis longioris vitae cupiditate flagrabit*“. Tamen valde dubito de hoc substantivo.

Non certius est, quod legitur:

Trach. 196: τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων
οὐκ ἂν μεθεῖτο πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν,

de quo multum dubitatum est.

G. Hermannus putavit τὸ ποθοῦν idem esse, quod ὁ ποθῶν λεώς, cui repugnat pronomen ἕκαστος; alii τὸ ποθοῦν idem esse volunt, quod τὸ ποθούμενον.

Mihi quidem τὸ ποθοῦν, si retinemus, videtur eodem sensu accipiendum esse, quo legimus τὸ ἐπιθυμοῦν et alia apud Thucydidem, ut significet infinitam notionem „desiderium". Esset tum accusativus a verbo μεθίεμαι pendens. Haud ignoro, semper remanere illam difficultatem, quod aegre caremus objecto verbi ἐκμαθεῖν. Nam illud vix videtur esse credibile, activum τὸ ποθοῦν eodem modo, quo nostrum *„der Wunsch"* etiam ad id, quod desideretur, significandum adhiberi posse. Quamquam etiam apud Euripidem simile quid exstare videtur (τὸ χρῇζον). Sed repugnat ipsa horum substantivorum ratio tali significationi. Nauckii vero conjecturam, τὰ γὰρ παρόνθ' scribentis, propter substantivi τὰ παρόντα vim non probo. Nam non ea gestiunt audire, quae adsunt, sed ea, quae gesta sunt.

Eur. Hec. 299: τῷ θυμουμένῳ.

Iph. Aul. 386: ἀλλ' ἐν ἀγκάλαις
εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις, τὸ λελογισμένον παρεὶς
καὶ τὸ καλὸν ἔχειν,

ubi cum subst. τὸ λελογισμένον non possit ad aliud referri, quam ad mentem, nulla accedit animi significatio. Possumus autem imitari Graecorum usum, si vertimus *„das Berechnende, Ueberlegende"*, quamquam perfectum τὸ λελογισμένον paullo aliter positum est.

Hipp. 248: τὸ γὰρ ὀρθοῦσθαι γνώμαν ὀδυνᾷ,
τὸ δὲ μαινόμενον κακόν.

Iph. Aul. 1017: εἰ γὰρ τὸ χρῇζον ἐπίθετ', οὐ τοὐμὸν χρεὼν
χωρεῖν· ἔχει γὰρ τοῦτο τὴν σωτηρίαν,

quae Dindorfius cum aliis versibus summo jure ejecit. Posset aliquis hoc exemplo Sophocleum illud τὸ ποθοῦν (Trach. 196) defensum ire. Videtur enim id, quod cupiunt, significari, ut neglecta verbi forma prorsus sit infinitum, quemadmodum nos dicimus *„seinen Wunsch, Willen durchsetzen"*. De quo tamen valde

dubito, cum repugnet talis significatio ipsi huius substantivi naturae. Nec tollitur difficultas, si interpolationem statuimus, nam interpolator certe et ipse graece locutus est.

Or. 210: οὐ γάρ μ' ἀρέσκει τῷ λίαν παρειμένῳ.

Sermo est de Orestis morbo atque significat τὸ παρειμένον id, quod nos dicimus *„Erschlaffung, Ermattung"*.

Bacch. 1268: τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα;

Iph. Aul. 1270: οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,

in loco a Dindorfio in suspicionem vocato; cf. Thuc. 1,90,2.

Cum genetivo φρενῶν conjuncta sunt:

Or. 297: ὅταν δὲ τἄμ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς
σύ μου τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν
ἴσχναινε παραμυθοῦ τε,

ubi genetivus mentem significans accedit, quia substantivum τὸ διαφθαρέν per se non ad animum spectat.

Alc. 797: καὶ σάφ' οἶδ' ὁθούνεκα
τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν
μεθορμιεῖ σε πίτυλος ἐμπεσὼν σκύφου,

ubi rursus praecedit adjectivum substantive positum.

Ant. d. nec. Her. 73: κρεῖσσον δὲ χρὴ γίγνεσθαι ἀεὶ τὸ ὑμέτερον δυνάμενον ἐμὲ δικαίως σώζειν, ἢ τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον ἀδίκως με ἀπολλύναι.

Subst. τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον prorsus congruit cum subst. τὸ κείνου βουλόμενον, quo Euripides usus est, nisi quod in loco Antiphonteo accurate significatur, quid inimici velint. Eodem modo dictum est τὸ ὑμέτερον δυνάμενον.

tetr. 1,3,3: τοῖς δὲ ὅ τε κίνδυνος ἥ τε αἰσχύνη μείζων οὖσα τῆς διαφορᾶς ἀρκοῦσα ἦν σωφρονίσαι τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης,

cui conferas τῷ θυμουμένῳ, similia apud Euripidem et multa Thucydidis participia.

Thuc. 1,84,1: καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον, ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε.

Possumus hoc imitari, si vertimus *„das Langsame, Zögernde in unserem Wesen"*. Sentimus per hanc versionem, participium quasi ipsam actionem depingere, cum substantivo infinito de uno

quoque casu nihil indicetur, sed in universum tantum notio actionis alicuius aut affectus in eius, qui audit, cogitatione evocetur, quae tum per totum conexum angustioribus finibus circumscribitur.

6,24,2: *οἱ δὲ τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ οὐκ ἐξῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ ὀχλώδους τῆς παρασκευῆς.*

7,68,1: *ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον,*
quod prorsus congruit cum substantivis genetivo *φρενῶν* definitis, quibus Euripides usus est; cf. Ant. tetr. 1,3,3.

Premitur in hoc substantivo notio irae per distinctionem notionis universae (*γνώμη*) et notae ei accedentis.

1,90,2: *τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες ἐς τοὺς Ἀθηναίους.*

Rursus monendum est de conjunctione participii substantive positi cum adjectivo eiusdem condicionis: Mihi quidem dubium non est, quin casu factum sit, si quando adjectiva sola exstant (cf. Thuc. 2,61,2: *ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης*), participia autem talia non leguntur.

3,10,1: *ἐν γὰρ τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης καὶ αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων καθίστανται*, ubi *γνώμη* habet vim magis universam per oppositum *αἱ διαφοραὶ τῶν ἔργων*, ut vertendum sit *„die Verschiedenheit der Denkweise“*.

2,59,3: *τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης.*

2,87,3: *οὐδὲ δίκαιον τῆς γνώμης τὸ μὲν κατὰ κράτος νικηθὲν, ἔχον δέ τινα ἐν αὐτῷ ἀντιλογίαν, τῆς γε ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι ἀμβλύνεσθαι.*

Multum dubitatum est de hoc loco, de quo vide Classenii adnotationes criticas et commentatiuncula Stahlii (Jahrb. 1866, p. 213). Traditum est *τὸ μὴ κατὰ κράτος*, quod Poppo probante Classenio in *τὸ μὲν κατὰ κράτος* mutavit.

5,9,6: *ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης.*

1,36,1: *καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον, τὸ δὲ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον.*

Ejecit illud *μὴ δεξαμένου* Cobetius.

Nihil dicendum est de vi horum substantivorum, quae prorsus congruunt cum aliis in hoc ordine positis. Memorabilis autem est ratio definitionum accedentium. Genetivus *μὴ δεξαμένου*, si quidem recte se habet, liberius positus est, ut accedat ad genetivi absoluti naturam. In nullo autem alio substantivo participiali accedunt participia praedicative posita, ut hoc loco. De quo postea dicendum erit. Ceterum conferas Haasii Lucubrationes Thucydidias p. 36 sqq. p. 40.

Pauca tantum reliqua sunt substantiva infinitae significationis, in quibus enumerandis non similia conjungam, sed ordinem sequar scriptorum, quia raro in his exemplis singulorum scriptorum usus congruit.

Unum exstat apud Aeschylum substantivum, quod huc pertineat:

Aesch. Eum. 699: *τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,*
in loco a Dindorfio in suspicionem vocato.

Non possumus imitari hoc exemplum, cum non habeamus participium praes. pass. Premenda enim est in hoc substantivo notio actionis durantis, per quam participium praesentis adjectivo fit simillimum. Facile intellegitur, hoc substantivum ad unum quendam casum *δεσποτείας* significandum aptius esse, quam substantivum vere infinitum, quod propter nimium significationis ambitum vitatur. Ceterum monendum est de adjectivo substantive posito.

Soph. Phil. 675: *καὶ σέ γ' εἰσάξω· τὸ γὰρ νοσοῦν ποθεῖ σε ξυμπαραστάτην λαβεῖν,*
ubi dicitur *τὸ νοσοῦν* positum esse pro *ἡ νόσος*. Recte quidem, sed eadem, qua semper restrictione, ut sit id, quod mihi inest, morbi: *„das Kranke an (in) mir“*.

Frg. 757: *χῶρος γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει.*

Haeremus in hoc exemplo, quoniam eo loco, ubi statum aliquem commemorari exspectamus, actio potius singnificatur, quae illum statum efficit. Sed vertendum est secundum analogiam adjectivi *τὸ τερπνόν*, *„das Erfreuliche“*, quod et ipsum actionem significat.

Oed. Col. 1603: *παντὸς δρῶντος*, quod G. Hermannus putavit idem esse, quod *πᾶσα ὑπηρέτησις*. Sed vix credibile est locum recte traditum esse.

Eur. Hipp. 696: *δέσποιν᾽ ἔχεις μὲν τἀμὰ μέμψασθαι κακά·*
τὸ γὰρ δάκνον σου τὴν διάγνωσιν κρατεῖ,
i. e. dolor, qui te mordet propter id, quod ego feci.

Or. 312: *ἀλλὰ κλῖνον εἰς εὐνὴν δέμας*
καὶ μὴ τὸ ταρβοῦν κἀκφοβοῦν σ᾽ ἐκ δεμνίων
ἄγαν ἀποδέχου, μένε δ᾽ ἐπὶ στρωτοῦ λέχους.

Apparet in his exemplis peculiaris vis huius usus. Per substantiae notionem quodammodo solidum fit et vitam accipit illud, quod hanc actionem efficit, ut fere personae simile cogitetur illud efficiens. Sed vitat poeta et notionem vere infinitam et significationem personae (dei) illam actionem efficientis. Per se intellegitur, multo efficaciorem esse talem dicendi rationem, quae quodammodo ipsam actionem, ipsum illum terroris impetum ante oculos ponat, quam usum substantivorum vere infinitorum.

Jam transeamus ad **Thucydidem,** apud quem pauca tantum reliqua sunt exempla, in quibus enumerandis non sequar ordinem a definitionibus sumptum, ne rariora prius ponenda sint, quam exempla minus mira.

Primo loco ponam participium sine ulla definitione positum, cui quodammodo comparari potest subst. *τὸ πημαῖνον* a Sophocle usurpatum.

Thuc. 2,61,2: *διότι τὸ μὲν λυποῦν ἔχει ἤδη τὴν αἴσθησιν ἑκάστῳ, τῆς δὲ ὠφελίας ἄπεστιν ἔτι ἡ δήλωσις ἅπασιν.*

Altero loco ponam exempla duo e passivo formata, et ipsa sine ulla definitione usurpata:

5,102: *μετὰ τοῦ δρωμένου.*

6,16,2: *ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται,*
quae a significatione „id, quod perficitur“, ad vim magis universalem perveniunt, ut substantivis infinitae significationis fiant similia. Nos quidem vertere debemus per infinitivum *„bei (aus) kräftigem Handeln“.*

Tertio loco ponenda sunt exempla quattuor per genetivum accuratius definita:

2,63,1: *τῆς δὲ πόλεως ὑμᾶς εἰκὸς τῷ τιμωμένῳ, ᾧ ὑπὲρ ἅπαντας ἀγάλλεσθε βοηθεῖν.*

2,87,3: *τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι.*

6,69,1: *ἀλλὰ τῇ μὲν ἀνδρίᾳ οὐχ ἥσσους ἐς ὅσον ἡ ἐπιστήμη ἀντέχοι, τῷ δὲ ἐλλείποντι αὐτῆς καὶ τὴν βούλησιν ἄκοντες προυδίδοσαν.*

1,42,2: *τὸ μέλλον τοῦ πολέμου.*

Natura sua non discrepant haec exempla ab eis, quae cum genetivo *γνώμης* sim. conjuncta sunt. Simile est *πᾶν τι χρείας ἱστάμενον* apud Soph. Phil. 175, quod prorsus responderet, si non accederet adj. *πᾶν* et pron. *τὶ*.

Duo denique loci reliqui sunt, qui nobis satis miri videntur:

1,142,2: *καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται καὶ δι᾽ αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι.*

5,9,6: *καὶ τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος ἐξ ὧν ἐμοὶ φαίνονται τὴν διάνοιαν ἔχουσιν.*

Debemus in his concludere ex eis, quae nostrae linguae usui minus adversantur. Vidimus semper per haec participia actionem aliquam attribui subjecto aut objecto actionis alius. Contra in infinitivo ipsi homines cogitantur esse actionis subjectum. Inest in infinitivo graeco, qui non prorsus congruit cum nostro, quodammodo enuntiatum aliquod, cum participium cum nomine conjunctum id indicet, quod ex enuntiato aliquo cognovimus. Tribuitur igitur in illo *ἐν τῷ μὴ μελετῶντι* et *τοῦ μένοντος* actio verborum *μελετᾶν* et *μένειν* subjectis, quasi ad veram eorum naturam pertineret, essetque sine illa actionis nota personae notio manca ac debilis. Quare possumus utrumque substantivum quodammodo interpretari, si supplemus genetivum notionem personae indicantem, ut sit *τὸ μὴ μελετῶν αὐτῶν „der ihnen eigenthümliche Zustand des Nichtübens“* vel *„ihre Uebungslosigkeit“*. Eodem modo peculiaris vis participii *τοῦ μένοντος* nobis reddendum est per pronomen possessivum ad substantivum accedens: *„Und sie gedenken mehr zu entweichen als (ihres) Bleibens“* vel, ut Haasius vertit l. l. p. 40: *„magis ut evadant, quam ut manentes sint, cogitant“*, quod certe aptum est ad demonstrandum, non solum mutandi studio participium poni, cum infinitivus praecedat. Quamquam neque latina neque nostra lingua reddere potest subtile illud discrimen: hoc tantum studemus, ut sentiamus, quid intersit inter utrumque.

Restat, ut ea, quae per quaestionem a nobis institutam cognovimus, comprehendamus et exemplis ex aliis scriptoribus petitis confirmemus.

Jam apud Homerum talia leguntur, ut

Il. A. 70: *ὃς ἤδη τά τ᾽ ἐόντα τά τ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα.*

Postea et frequentia huius usus crescit et genera augentur.

Vidimus haec substantiva participialia apud eos, quos tractavi, auctores in plurali et in singulari numero et in omni genere verbi usu venire, articulum autem modo addi, modo deesse. Restat autem, ut hoc loco accuratius statuamus, quae sit huius usus apud quemque scriptorem frequentia.

Exstant, nisi quid errore praetermisi:

apud Aeschylum	41	subst. huius generis	
„ Sophoclem	85	„ „ „	
„ Euripidem	171	„ „ „	
„ Antiphontem	101	„ „ „	
„ Thucydidem	433	„ „ „	

Sin in frequentiam huius usus secundum numerum versuum inquirimus, leguntur singula exempla (omissis eis, quae in fragmentis exstant)

apud Aeschylum	in 210,55	versibus
„ Sophoclem	„ 138,77	„
„ Euripidem	„ 185	„
„ Antiphontem	„ 24,5	„
(secundum Blassii editionem)		
„ Thucydidem 1	in 43,09	versibus
(secundum Stahlii editionem).		

Utuntur igitur tragici his substantivis minus saepe quam Antiphon et Thucydides.

Inter tragicos apud Sophoclem plura exstant exempla, quam apud Euripidem, apud illum autem plura, quam apud Aeschylum.

Quod tamen non magni est momenti, quia valde diversa est huius usus in singulis uniuscuiusque auctoris fabulis frequentia. Illud autem certum est, Antiphontem et Thucydidem his substantivis multo saepius uti, quam tragicos, etiamsi concedimus, minime accuratam esse talem metiendi rationem, cum prosae orationis *στίχοι* longiores sint, quam tragicorum.

Antiphon autem paullo saepius hunc usum praebet, quam Thucydides.

Exemplorum 41, quae apud Aeschylum exstant, 24 in plurali numero posita sunt (15 cum articulo; 9 sine eo) — 17 in singulari (16 cum articulo; 1 sine eo).

Apud Sophoclem 48 subst. in plurali leguntur (quorum 43 articulo utuntur; 5 eo carent) — 37 in singulari (33 cum articulo posita; 4 sine eo).

Apud Euripidem 90 exempla huius usus in plurali posita sunt (84 cum articulo conjuncta; 6 eo carent), 81 in singulari (quorum 75 articulum praebent; in 6 subst. deest).

Apud Antiphontem 82 substantiva in plurali usurpantur, quorum 80 cum articulo conjuncta sunt, 2 eo carent. In singulari 19 tantum exempla exstant, quorum 16 articulo utuntur; in tribus autem subst. deest.

Apud Thucydidem denique 229 subst. in plurali usurpantur, 204 in singulari. In plurali 224 subst. cum articulo posita sunt, 5 sine eo; in singulari 198 subst. articulo utuntur, 6 sine eius ope formantur.

Videmus pluralem numerum semper saepius usurpari, quam singularem, in primis apud Antiphontem (S : Pl = 1 : 4,05). Multo minus superat pluralis apud tragicos; apud Thucydidem denique frequentia substantivorum in plurali positorum et substantivorum, quae in singulari usurpantur, vix differt (S : Pl = 1 : 1,12).

Cognovimus etiam, multo majorem esse numerum substantivorum articuli ope formatorum, quam eorum, quae eo carent.

Posita sunt haec substantiva in quovis casu, neque videtur ullum factum esse discrimen inter casus, quorum genus a genere masculino discerni possit, et eos, qui cum masculini generis casibus congruant.

Usurpantur haec substantiva participialia prorsus ut substantiva, quae proprio sensu dicuntur, et valent eaedem in eorum usu regulae.

Saepe repondent his substantivis pronomina vel adjectiva, in eodem genere, numero, casu et in eodem enuntiato posita, ut:

Herodt. 1,126: *ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἱρετώτερα.*

Aesch. Prom. 127: *πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον.*

Thuc. 1,22: *τῶν μελλόντων … τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι.*

Neque vero magis vitatur responsio relativi alicuius ut:

Thuc. 7,38,2: *ὁποῖόν τι τὸ μέλλον ποιήσουσι.*

Rarius autem talia conjunguntur cum participiis usus diversi: Apud Aeschylum semel respondet participium in enuntiato relativo positum:

Ag. 146: *τὸ μὲν καλῶς ἔχον,*
ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ.

Apud Antiphontem semel respondet substantivo in artiore genetivi absoluti conjunctione adjectivum cum participio conjunctum, praedicati loco posito:

tetr. 1,4,10: *πάντων τῶν κατηγορηθέντων ἀπίστων ἐλεγχθέντων.*

Apud Thucydidem respondet semel in plurali participium a verbo pendens:

6,11,4: ... *ἴσμεν θαυμαζόμενα, καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα τῆς δόξης δόντα,*

et semel participium cum adjectivo praedicati loco positum in genetivo absoluto:

1,70,1: *ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων.*

In singulari semel participium verbi *εἶναι* cum substantivo conjunctum respondet:

1,134,4: *ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον.*

Bis participia, praedicati loco posita, respondent substantivis per participia appositionis loco posita definita:

1,36,1: *γνώτω τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον, τὸ δὲ θαρσοῦν μὴ δεξαμένου ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον.*

In his igitur Thucydides longius procedit, quam Antiphon et tragici.

Semel respondet apud Sophoclem accusativo singularis neutrius participii substantive positi accusativus singularis masculini *ὅντιν', ἕνα*:

Frg. 610: *τὸ δ' εὐτυχοῦν πᾶν ἐξαριθμήσας βροτῶν*
οὐκ ἔστιν ὄντως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα,

et apud Euripidem respondet semel singulari numero substantivi collective usurpati numerus pluralis praedicati:

Iph. Taur. 327: *τὸ νῦν ὑπεῖκον ... ᾔρασσον.*

Vidimus haec substantiva modo sine ulla definitione poni (A), modo cum definitionibus verbi naturae accommodatis conjungi (B), modo definitiones a verbi natura alienas assumere (C). Paullo autem accuratius nunc de frequentia uniuscuiusque generis agendum est. Brevitatis causa utar litteris ad quodque genus adscriptis (ABC) ad ipsius generis significationem.

Exstant:

apud Aeschylum	in plur.	9 A + 11 B + 4 C,
	in sing.	10 A + 6 B + 1 C;
apud Sophoclem	in plur.	33 A + 11 B + 4 C,
	in sing.	25 A + 5 B + 7 C;
apud Euripidem	in plur.	61 A + 24 B + 5 C,
	in sing.	60 A + 12 B + 9 C;
apud Antiphontem	in plur.	58 A + 16 B + 8 C,
	in sing.	11 A + 3 B + 5 C;
apud Thucydidem	in plur.	161 A + 56 B + 12 C,
	in sing.	143 A + 28 B + 33 C.

Manet igitur fere eadem proportio in singulari et in plurali inter A et summam omnium substantivorum in plurali aut in singulari positorum. Substantiva sine ulla definitione posita efficiunt plerumque duas partes omnium substantivorum et in plurali numero et in singulari.

Substantiva cum definitionibus verbi naturae accommodatis conjuncta ab omnibus scriptoribus in plurali saepius usurpantur, quam in singulari; contra cum definitionibus a verbi natura alienis conjuncta saepius in singulari usu veniunt (praeter Aeschylum), quam in plurali numero.

Sed jam ad ipsam definitionum accedentium naturam nos vertamus.

Definitionum verbi naturae accommodatarum usus, cum idem sit inde ab Aeschylo usque ad Thucydidem, nisi quod is saepius compluribus in substantivo uno definitionibus utitur, nihil est, quod addam ad ea, quae in praemonendis hac de re dixi.

Majoris momenti sunt definitiones a verbi natura abhorrentes, quae nobis accuratius tractandae sunt.

Ac primum quidem disputabimus de adjectivis et pronominibus ad talia substantiva accedentibus.

Apud Aeschylum exstant:

in plur. 1 *τοῖσδε*, 1 *πάντα*, 2 *πολλά*; in sing. 1 *πᾶν*;

apud Sophoclem:
in plur. 1 πάντα; in sing. 4 πᾶν, 1 οὐδέν;
apud Euripidem:
in plur. 1 τῶνδε, 4 πάντα (ἅπαντα);
in sing. 1 τόδε, 1 τοῦτο, 2 πᾶν, ad quae accedit 1 ἐμόν inter articulum et substantivum positum, in versibus, quos non credo esse Euripideos;
apud Antiphontem:
in plur. 1 τούτων, 6 πάντα (ἅπαντα);
in sing. 1 ὑμέτερον inter articulum et substantivum positum;
apud Thucydidem:
in plur. 1 αὐτῶν, 2 πολλά, 1 ἄλλα, 1 μεγίστων, 1 καλῶν, 1 σφέτερα (αὐτῶν) attributive positum;
in sing. 3 τὶ, 4 πᾶν, 1 πολλῷ, 3 participia.

Conspicimus igitur inde ab Aeschylo usque ad Thucydidem duplicem progressionem et in natura definitionum accedentium positam et in earum positione apparentem.

Apud Aeschylum et Sophoclem pronomina tantum demonstrativa et adjectiva numeralia ad haec substantiva accedunt, quae nihil afferunt ad ipsius substantivi vim. Ponuntur autem aut ante articulum aut post substantivum.

Apud Euripidem, si quidem est Euripideum, praeter pronomina demonstrativa et adjectiva numeralia semel in singulari pronomen ἐμόν legitur, attributive positum:

Iph. Aul. 1017: τοὐμὸν χρεών.

Prorsus idem est Antiphontis usus (τὸ ὑμέτερον δυνάμενον).

Apud Thucydidem denique praeter pronomina demonstrativa, adjectiva numeralia, pronomen unum possessivum, attributive positum, unum ἄλλα, quae nihil afferunt ad ipsius substantivi vim, exstant etiam definitiones ad ipsius substantivi vim pertinentes:

6,92,5: περὶ μεγίστων τῶν διαφερόντων.

7,66,1: ὑπὲρ καλῶν τῶν μελλόντων, ubi ea, quae antecedunt: ὅτι μὲν καλὰ τὰ προειργασμένα necessario ad hoc adjectivum usurpandum adduxerunt.

Ter denique apud Thucydidem participia accedunt appositionis loco posita ad talia substantiva:

1,36,1: τὸ δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον.

1,36,1: τὸ θαρσοῦν ... ἀσθενὲς ὄν.

2,87,3: τῆς γνώμης τὸ μὲν κατὰ κράτος νικηθέν, ἔχον δὲ ...

Addam hoc loco nonnulla de aliorum scriptorum usu.

Herodotus saepius utitur adjectivis ad haec substantiva accedentibus, ut

1,167: πάντα τὰ παριόντα τὸν χῶρον ἐν ᾧ ...

Post Thucydidem hic usus longius procedit eo, quod non solum pronomina possessiva attributive ponuntur, ut:

Xen. Cyr. 3,2,30: πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον.
Aeschin. 3,80: τοῦ ὑμετέρου συμφέροντος,

sed etiam adjectiva, quae aliquid indicent de ipsius substantivi natura, ut:

Dem. d. cor. 28: τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως.

Sed jam ad genetivi usum nos vertamus.

Nullum exstat apud Aeschylum substantivum per genetivum definitum.

Apud Sophoclem definiuntur talia per genetivum ter in plurali, ter in singulari.

Apud Euripidem quinquies in singulari genetivus accedit: ter genetivus substantivi alicuius, semel duo genetivi (μου et φρενῶν), semel genetivus κείνου attributive positus.

Apud Antiphontem in plurali numero unum substantivum cum genetivo partitivo conjunctum est, in singulari tria genetivum assumunt, quorum unum genetivum attributive positum praebet:

d. nec. Her. 73: τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον.

Apud Thucydidem sexies in plurali genetivus accedit, ter quidem genetivus substantivi, semel ὑμῶν ante articulum positum, semel (σφέτερα) αὐτῶν attributive dictum:

4,76,4: τὰ σφέτερα αὐτῶν ... κινούμενα,

semel denique legitur genetivus substantivi inter articulum et participium positus:

2,19,1: τὰ τῶν ἐσελθόντων Θηβαίων γενόμενα,

in loco valde suspecto; — in singulari octies et vicies genetivus positus est, semel et vicies genetivus substantivi alicuius, quinquies genetivus pronominis, semel participium ad genetivi absoluti naturam accedens; semel duo genetivi ad unum substantivum accedunt (αὐτῶν τῆς γνώμης).

Apparet igitur etiam in huius definitionis usu progressio aliqua:

Aeschylus nondum utitur genetivo, utitur Sophocles, et saepius quidem, quam Euripides et Antiphon, sed partitive tantum.

Euripides, Antiphon, Thucydides genetivum etiam attributive ponunt, et Euripides quidem in eadem fabula, in qua *τοὐμὸν χρεών* legitur, in Iphigenia Aulidensi.

Prorsus igitur par est Euripidis, Antiphontis, Thucydidis usus, nisi quod Thucydides saepius utitur genetivo.

Pauca tantum addenda sunt ad ea, quae disputavi de definitionibus a verbi natura alienis.

Etiam hac definitiones interdum in uno substantivo cumulantur, ut:

Soph. Phil. 175: *ἐπὶ παντί τῷ χρείας ἱσταμένῳ.*

Thuc. 6,55,3: *πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς.*

Memorabile est jam Herodotum saepius uti genetivo ad talia substantiva accedente, partitive posito, ut

1,203: *τὰ πρὸς τὴν ἑσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης.*

6,113: *τὸ τετραμμένον τῶν βαρβάρων.*

Etiam apud posteriores genetivus saepe usurpatur, ut:

Xen. Mem. 3,10,9: *τὰ δεόμενα σκέπης τοῦ ἀνθρώπου.*

Diodor. 12,53: *τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως.*

Postea etiam genetivus attributive positus minime rarus est, ut:

Dem. d. cor. 47: *τὸ τοῦ προδιδόντος συμφέρον.*

ib. 138: *τὸ τῆς πόλεως συμφέρον*, cf. ib. 139. 120. 284. 309. semper in eodem substantivo.

Reliquum est, ut breviter dicamus de generibus horum substantivorum, quibus quisque auctor usus est.

Cum nullas in plurali significationes discreverim, de solo dicendum hic est singulari. Per se autem intellegitur etiam in plurali numero haec substantiva eo magis diversam vim habere, quo saepius usurpentur.

In singularis numeri ordine altero dilucide cognoscimus progressionem.

Apud Aeschylum duo tantum invenimus exempla ad hunc ordinem pertinentia (*τὸ μὴ φρονοῦν* et *πᾶν τὸ προσέρπον*).

Apud Sophoclem non solum substantiva, quae res complures aut personas significant, non accedente notione partis, invenimus, eaque plura, quam apud Aeschylum, sed etiam, quae collective rei aut hominum numeri partem significant.

Euripidis usus non differt a Sophocleo, nisi quod apud Euripidem primum tria exstant substantiva, quae partem exercitus significant, non accedente adjectivo numerali (ut *τὸ κάμνον οἰκεῖον στράτου*).

Apud Antiphontem unum exstat substantivum partem rei significans (*τὸ λειπόμενον τοῦ βίου*).

Apud Thucydidem denique summa est huius usus varietas. Non solum substantiva, quae nullo indicato numero ad personas significandas usu veniunt (ut *τὸ ἐπιὸν ὕστερον*) saepius leguntur, quam apud tragicos, sed etiam unum genus apud Thucydidem primum exstat: substantiva, quae multitudinem personarum collective significant, numero accurate indicato, non accedente notione partis (ut *ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός*).

Etiam substantiva, quae partem rei alicuius significant, multo saepius apud eum inveniuntur.

Apparet igitur in hoc ordine progressio aliqua, sed admodum exigua. Causa autem horum discriminum potius in ipsa uniuscuiusque scriptoris materie posita est: Saepe dicendum erat Thucydidi de factionibus, de partibus exercitus etc., tragicis contra et Antiphonti perraro.

Jam Herodotus saepius utitur talibus substantivis, ut 6,113: *τὸ τετραμμένον τῶν βαρβάρων*; similiterque Xenophon talia praebet, ut:

An. 2,4,26: *τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος*, cf. An. 1,8,18. — Cyr. 5,4,50.

In substantivis infinitae significationis memorabile est ante omnia, Aeschylum semel tantum in loco suspecto eis uti, qua re Aeschyli usus valde discrepat a consuetudine aliorum scriptorum a me tractatorum.

Ordinis tertii exempla (*τὸ εἰκός, τὸ συμφέρον*, sim.) non saepe exstant apud Sophoclem, neque multo saepius apud Euripidem. Antiphon eis saepe utitur in oratione de nece Herodis, semel tantum in aliis orationibus. Neque vero Thucydides multo saepius talia praebet; in eo tantum paullo longius procedit, quod etiam in his participiis occasione oblata non abhorret a cumulatione complurium definitionum.

Maxime autem congruunt scriptores, quos tractavi, praeter

Aeschylum in usu eorum participiorum, quae ad animi motum aut statum spectant.

Duo tantum exstant apud Sophoclem huius usus exempla, sine definitionibus posita et suspecta, τὸ θέλον et τὸ ποθοῦν.

Apud Euripidem leguntur etiam substantiva cum definitionibus a verbi natura alienis conjuncta, et ter quidem cum genetivo:

Iph. Aul. 1270: ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον,

bis cum genetivo φρενῶν:

Orest. 297: τὸ ... διαφθαρὲν φρενῶν.

Alcest. 797: τοῦ ... ξυνεστῶτος φρενῶν.

Invenimus igitur hunc usum jam in antiquissima fabula Euripidea, in Alcestide, ac rursus in Oreste.

Apud Antiphontem tria exstant substantiva ad hunc ordinem pertinentia, quae omnia satis peculiariter dicta sunt:

d. nec. Her. 73: τὸ ὑμέτερον δυνάμενον, τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον.

tetr. 1,3,3: τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης,

quae prorsus congruunt cum exemplis Euripideis. Idem est Thucydidis usus, nisi quod multo saepius apud eum talia leguntur.

Differt igitur in his Sophocles ab Euripide, Antiphonte, Thucydide eo, quod his substantivis non utitur, nisi in simplicissima forma. Illorum autem usus prorsus congruit et aliis rebus et inprimis in substantivis cum genetivo φρενῶν vel γνώμης conjunctis.

Videtur hic usus aetati horum trium scriptorum proprius esse, nam perraro leguntur talia apud scriptores paullo juniores. Sic simplicissima tantum huius usus exempla exstant apud Xenophontem, ut

Mem. 2,6,23: δύνανται δὲ καὶ τὴν ὀργὴν κωλύειν εἰς τὸ μεταμελησόμενον ἰέναι,

et apud Demosthenem, ut de cor. 110: τὸ συνειδός.

Postea autem saepe reperiuntur talia apud scriptores, quos constat Thucydidis dictionem esse imitatos. Inprimis apud Plutarchum, sed exstant etiam apud Dionysium Halicarnassensem in Archaeologia, apud Lucianum, Laertium Diogenem, Cassium Dionem, Procopium, alios.

Conferas Bernhardy, Synt. p. 327. Haase, Lucubr. p. 40;

Krueger. ad Thuc. 1,36,1. — Wyttenbachium ad Plutarchi Moralia p. 71 B. (T. VI p. 533) — p. 160 D. (T. VI p. 980) — p. 2 C. (T. VI p. 77) — denique Henrici Schaeferi adn. ad Dion. Hal. de comp. verb. p. 205.

Exempla ea, quae in fine ordinis quarti posui, aliam praebent naturam apud tragicos, aliam apud Thucydidem. Exstant autem et apud tragicos talia, qualia Thucydides non praebet, et contra Thucydides utitur eis, quorum similia apud tragicos non inveniuntur. Inter Sophoclem autem et Euripidem discrimen parvum est.

Duo tantum exstant apud Thucydidem substantiva, quae sine dubio audacius dicta sunt, quam omnia a tragicis vel ab Antiphonte usurpata: ἐν τῷ μὴ μελετῶντι et τοῦ μένοντος.

Summa igitur totius quaestionis a nobis institutae haec est:

Invenimus in forma, id est in usu definitionum, manifestam progressionem inde ab Aeschylo usque ad Thucydidem, eo modo, ut Aeschyli usus magis discreparet ab usu Sophoclis, quam Sophoclis usus a ceterorum, qui inter se paene prorsus congruebant. In paucis tantum Thucydides longius procedebat.

Etiam in significatione Aeschylus magis discrepare videbatur a Sophocle, quam hic a ceteris. Euripides, Antiphon, Thucydides, si minora negligimus, prorsus congruebant. In duobus tantum exemplis Thucydides ultra fines ab Euripide et Antiphonte servatos procedere videbatur.

Maxime autem congruebant inter se Euripides, Antiphon, Thucydides in usu substantivorum cum gen. φρενῶν, γνώμης etc. conjunctorum.

Cum autem in forma etiam posteriores paullo procederent, argutior ille usus, quem in ordine quarto tractavimus, aetati Euripidis, Antiphontis, Thucydidis proprius mansit, ut vere Thucydides in toto hoc usu maximam varietatem assecutus sit.

VITA.

Natus sum Hermannus Balser Darmstadii a. 1855 a. d. XII Cal. Apr. patre Hermanno, qui a. 1858 mortuus est, matre e gente Meisenzahl. Inde ab anno 1865 per octo annos frequentavi gymnasium Darmstadinum, rectore Bosslero. Anno 1873 Gissam me contuli, adhuc incertus, cuinam studio me darem, ibique per unum semestre audivi viros illustrissimos: Baltzerum, Luebbertum, Strengium, Willium. Anni 1874 vere Lipsiam transmigravi philologiae studio me traditurus, ibique per octo semestria interfui scholis virorum clarissimorum Braunii, Curtii, Ecksteinii, Goeringii, Heinzii, Huebschmannii, Kuhnii, Langii, Lipsii, Osthoffii, Overbeckii, Ritschelii, Roscheri, Voigtii, Wundtii, Zarnckii; proseminarii philologici per quattuor semestria, seminarii philologici per duo semestria socius fui; seminarii paedagogici Ecksteinii, societatis grammaticae G. Curtii sodalis etiamnunc sum. His omnibus autem praeceptoribus meis et Gissensibus et Lipsiensibus gratias ago quam maximas, praeter ceteros autem Georgio Curtio, praeceptori unice venerando, qui summa benevolentia studia mea semper prosecutus est.

Typis Ackermann et Glaser, Lipsiae.